

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0036

LOG Titel: Cap. CCCXLI. - Cap. CCCLXXX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

nulla ultra prædicta addenda esse arbitror. In primis igitur Hipp. Rim. in Instit. quib. alien. licet vel nõ, in prin. nu. 199. quærendo, an fundus dotalis possit à marito alienari, cum consensu & iuramento mulieris late reducendo iura & argumenta pro vtraque parte, num. 253. refert tres casus, quorum primus est, quando mulier quæ consensit dotis seu fundi dotalis alienationi iurat non contrauenire ratione, & causa minoris ætatis: & in eo casu inquit iusiurandum ita præstitum contractum dotis seu fundi dotalis alienationem non confirmare, si alienatio alia ratione quam ætatis facta sit, vt patet ex iis, quæ notat Bart. in l. 2. col. 2. num. 10. Cod. de rescin. vend. vbi habetur, quod si minor iuret non impugnare venditionem ratione minoris ætatis illius legis beneficium non amittit, quod est, quod non competat ratione minoris ætatis, sed fortasse læsionis: siquidem qui remittit defectum ætatis, alios defectus remittere non videtur, vt ibidem tradit Bal. in 8. quæstio. vbi enim plura repugnant, vnum tollere satis non est, vt inquit Bald. in l. 1. column. penult. versic. vnum scias. C. de furt. & cum prædictis concordare ait Decium in consilio 349. column. 3. & clarius Crauet. in consilio septimo, column. 2. & hic casus, vt ibidem inquit Riminal. iunior, dubitationem non habet: quandoquidem cum iuramentum non fuerit limitatum & restrictum ad vnum casum, scilicet minoris ætatis, limitatum effectum producit. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. & ideo iure optimo ad alium defectum extendi non debet.

Secundus vero casus est, quando mulier simpliciter iuravit non contrauenire, & tunc iuramentum eam maiorem efficit, nec vterius quicquam operatur, & ideo videtur iurasse non contrauenire ex capite minoris ætatis, vt voluit post gl. Bart. in d. l. 2. column. 3. & post eum Castren. qui adducit text. cum gloss. in l. 1. C. si maior fact. alien. ratam habue. & de hoc est etiam gloss. in c. penul. extra de empt. & vendit. quæ inquit iuramentum à minore præstitum ætatis tantummodo beneficium excludere, alios concordantes refert Decius in dicto consilio 349. column. 3. & in consil. 403. column. penult. & Crauet. in consil. 7. num. 6. Et in hoc casu procedit conclusio nostra, si diligenter ponderentur dicta Cornei & Alciati, qui eum ponunt. Confirmatur præterea hic casus ex iis, quæ optime post gl. tradit Bart. in l. 1. column. penult. in prin. ff. de acquir. poss. quem ceteri sequuntur. vbi ibidem refert Alexand. nu. 36. vbi inquit ideo per exitum naturalem possessionem non civili coniunctam extinguere vel amitti, propterea quod animus in tot possessionibus retinendis operari non potest, prout quis de vno toto & quantitate plures compensationes opponere non potest. l. quod labeo. ff. de compensatio. satis namque defatigatur animus in retinendo ciuilem, & ideo eodem modo dicatur in casu nostro vt simplex iuramentum mulieris minoris in tot defectibus operari non possit, vt late infra suo loco dicitur. satis igitur defatigari in purgando defectum minoris ætatis dicendum est. Vnde nimirum si in hoc secundo casu dotis seu rei dotalis alienatio tali iuramento non confirmatur. Tertius vero casus est, quando mulier latius verba iuramenti explicauit, vt puta quia iureiurando promisit non contrauenire ratione minoris ætatis, vel quacunque alia ratione vel causa, & tali casu inquit idem Hipp. Ri-

iminal. iunior eodem in loco prædictum iuramentum omnes defectus supplere, eosque purgare, & id ob verba illa prægnantia, vel quacunque alia ratione vel causa, prout tradit Bart. in d. l. secunda, col. 3. & in d. auth. sacramenta puberum, colum. 2. & post eum Castren. num. 10. ac ceteri scribentes, & ita inquit Riminal. restringendum esse & intelligendum illud, quod tradit Decius in consilio 443. in si. cum relatis ab eo eodem in loco, & tradit etiam Aret. num. 12. prout illud restringit & interpretatur Decius in d. consil. 349. col. 2. & id in terminis huius quæstionis tradit Alci. in d. c. cum contingat, num. 130.

Vbi posita hac limitatione, subdit quod possent verba iuramenti esse ita generalia, vt aliud fortasse dici deberet, & sic contractum ipsum confirmari tam ratione minoris ætatis, quam prohibitionis legalis. At Matth. Afflict. in decis. 336. num. 4. hac de re inquit iuramentum vxoris super alienatione rei dotalis seruandum esse, & idem videtur velle Guido Papæ in consil. 23. num. 7. versic. tamen seruatur. dum inquit seruari contractum rei dotalis ob iuramentum, & idem etiam tenet Imola in c. ex parte vestra, num. 6. extra de consuetudi. Vbi vult, vt iuramentum præstitum super alienatione rei dotalis contractum confirmet.

De hoc tamen dubitatur inter Doct. propterea quod vt supra etiam vidimus nonnulli tenent contrarium, quod scilicet contractus non confirmetur, & si iuramentum seruandum sit, subdit tamen gloss. communiter teneri, vt habetur in d. cap. cum contingat, vbi inquit Imola dixisse, & tradit Barto. in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Item Imola in d. ca. cum contingat, num. 12. extra de iureiuran. inquit, mulierem teneri seruare iuramentum, nisi absoluat, vt voluit ibi Vincentius, vt refert etiam Ioan. And. qui non approbat hoc dictum: dicit tamen illud sequi Perr. de Anchar. in capit. secundo, de pact. lib. 6. saltem si sit magna læsio, & si Imola dicat tamen limitationem esse contra text. in d. c. cum contingat, propterea quod modicum ille rex operaretur, si absolutio peti posset à iuramento, cum super verisimili petatur, & ideo inquit quod Papa ibi id expressisset, si absolutionem peti posse voluisset, vt fecit in cap. si vero, & in c. debitores, extra de iureiuran. & hanc opinionem, quod absolutionem à iuramento petere non possit, tenuit etiam Arch. in c. 2. de pact. lib. 6. & ideo inquit Imola iuramentum actum conualidare, nisi sit vxor minis à marito & metu ad vendendum compulsæ, & tradit etiam Alexand. in consil. 7. num. 6. vol. 6.

C A P. CCCXLI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

Iuramentum non ligat, nec subsistit, vbi cum quibus interponitur in præiudicium tertii.

PRæterea addendum etiam prædictis est, iuramentum non ligare, nec subsistere, vbi cum quibus interponitur in præiudicium tertii, vt inquit Hippo.

Hippol. Riminal. iunior in *Instit. quib. alien. licet, vel non, in princip. num. 338. d. c. cum contingat, in si. arguendo à contrario sensu, & tradit Bart. in d. l. Titia. §. Imperator, vers. quero, mater. ff. de l. 2. & Bal. in l. prima, C. de inoff. donatio. & Alexan. in cons. 55. col. 3. num. 6. volum. 1. & Petr. Anto. Rub. Alex. in cons. 99. col. 1. & id confirmatur ex iis, quæ notat Aret. in cons. 114. in 2. dubio, vbi determinat, alienationem factam ab Abbatis & Monialibus cum iuramento non contrafaciendi, ab eisdemmet quæ iurauerunt & donauerunt reuocari posse; & ratio est, quia illa bona non erant solum ad earum mensam, sed etiam futurarum destinata: sed eorum partem saltem ad ecclesiæ reparationem; & sic cum talis alienationis prohibitio tenderet in damnum ecclesiæ & aliarum monialium merito quod alias alienatio etiam iuramento vallata non subsistat, mirum non est. & ideo dixit Guido Papæ in cons. 196. vers. nec aliquid, illud iuramentum nihil operari eâ ratione, quod in alterius detrimentum, videlicet iudicis ordinarii, c. quamuis pactum, in fin. ibi, nec redundet in alterius detrimentum, de pac. libr. 6. & Menoch. in cons. 39. num. 73. volum. 1. inquit iuramentum tertio non obesse, & id ita comprobari ait. Videmus nanque libros officialis, publiciue administratoris contra tertium non probare, vt dixit Alex. in consilio 36. volum. 5. & Crauet. in tract. de antiqui. tempo. in 6. prima partis princip. numero 72. & iterum dixit Menoch. in tract. de arbit. iudic. lib. 2. in casu 91. in fin. & idem quoq; subdit dicendum esse in iuramento, & in specie iuramentum tertio non obesse, probat tex. in c. licet mulieres, vbi tradunt Doct. extra de iureiuran. & Alex. in dicto consilio quinquagesimo quinto numero tertio, volum. 1. & Ias. in l. 2. colum. penul. vers. cu. quinto limitat. & l. 3. §. iurari, num. 6. vers. cu. tertio limita. ff. de iureiuran. & Ripa, l. filius familias, §. Diui. num. 28. in fine, ff. de leg. 1. & Socin. iunior in cons. 69. numero 39. volum. 1.*

Præterea hanc eandem conclusionem firmat Tiraquel. in præfatio. ad l. si vnquam, nume. 164. C. de reuocan. donat. per tex. in cap. quamuis, de pact. libr. 6. & in c. licet, de iureiur. in eod. lib. 6. cum similib. Id quod in donationibus etiam locum habet, vt scilicet iuramentum in eis positum nihil tertio obsit, vt dixit etiam Bart. in l. hac edictali, in fin. prin. per illum text. C. de secund. nupt. & in d. l. Titia. §. Imperator, col. fina. ff. de leg. 2. & Salyc. in l. 1. C. de inoffic. donat. & tradit Bald. in l. fin. §. filius autem, C. de bonis. qua. liber. in cons. 22. Quædam D. Nicolina, col. 1. volu. 5. & in consilio 215. Punctus, quidam donauit, in eodem volum. 5. & Paul. Castren. in cons. 448. non est dubium, circa medium. Dixit tamen Castren. in d. consil. 448. numer. 2. in eodem volum. 2. iuramentum tamen seruandum esse ab eo, qui iurat, vel eius hæredes, de cuius præiudicio non agitur, sed à filiis vel nepotibus; aut neptibus, qui iurauerunt, ad quorum quarumve præiudicium tendit iuramentum patris, vel aui vel auia, vt accidit in specie, de qua ipse tractabat. vbi loquitur de statuto prohibente donari ad iis, qui filios habent an locum habeat in eo qui habet nepotes. & inquit non esse seruandum etiam de iure canonico, quo cauetur, vt in præiudicium alterius iuramentum vnus seruandum non sit, vt habetur in ca. 2. de pact. libr. 6. & habetur in auth. quod obtinet, in fin. C. de probatio. & notat Bar. in d. l. Titia. §. Imperator, circa medium; vers. quero mater. ff. de legat. 2. & Bal. in l. 1. col. 5. vers. cu.

ex prædictis pono duas conclusiones. C. de inoffic. donatio. Vbi decidit iuramentum patris non confirmare contractum factum in fraudem filiorum suorum, & id ad plures quæstiones inducit in facto existentes, vt voluit Bar. Item Imola in d. c. cum contingat, n. 4. extra de iureiuran. vult, vt iuramentum actum nõ conualidet, quatenus tangit præiudicium alterius. Idem etiam voluit Alexand. in l. ait prator, la prima, num. 6. & 7. ff. de iureiur. vbi pariter inquit, iuramentum vnus alteri nec prodesse, nec nocere debere, vt ibi latius habetur. Prædictis etiam addendum est, quod iuramentum testatoris interpositum super verbis enunciatiuis dispositionem non inducit, cū agitur de præiudicio tertii, vt inquit Vitalis Cambanus num. 5. super rubr. enuncia. verb. & id per ea, qua. habentur in l. verba, C. de testamen. sed tantummodo, quando agitur de præiudic. testato. vel eius hæredum, & ita inquit disponi per tex. in d. auth. quod obtinet. C. de proba. & tradit etiam Hieron. Grat. in consil. 104. num. 11. vol. 1. dum inquit non ob stare quod iuramentum ad verba enunciatiua referendum non sit, vt notatur in c. cum venerabilis, extra de exceptio. sed ad principalia tantum, vt tradit Bart. in l. fin. §. Titia. ff. de liber. legata. Quia respondet in contrarium deducta tunc locum habere & vera esse, quando fit simplex relatio & deductio, vt ibidem ipsi voluerunt. At secus, si fit expressa probatio cum iuramento verbis vniuersalib. collectiue & distributiue prolatis, vt sunt verba illa, omnia & singula in instrumento contenta, Quinimo etiam geminata per illa verba, &c. Nam vniuersalis geminata multo magis operatur quam simplex relatio. Tacitam autem approbationem sine iuramento multo magis operari quam simplex relatio, & tacita approbatio absque iuramento, nemo ignorat: & ideo inquit in contrarium deducta ad casum nostrum non facere. Quinimo subdit Gratus, Decium in d. c. cum venerabilis, in tacita approbatione & simplici relatione velle ad verba enunciatiua referri, vbi cūque illud enunciatum ad contractum necessarium est: sed ad contractum transactionis, vbi de verbo filiationis fit mentio, & erat necessarium, ex quo alioquin fuisset erroneus & inualidus, ergo, &c. Merito in contrarium deducta, si recte intelligantur, pro ea specie concludunt. Item Gratus in cons. 117. nume. 24. in eodem volum. 1. pariter vult, vt iuramentum ad verba enunciatiua non referatur, etiam quod sit iuramentum assertorium veritatis, vt puta quia iurauit omnia & singula vera esse, iuxta Curui sententiam qui consulendo ita respondit in consil. 119. col. 3. At Socin. iun. in cons. 67. num. 19. vol. 4. contrarium verius esse arbitratur, vt scilicet si iuramentum præstetur super enunciatiuis verbis, operetur vt disponant ob verborum naturam enunciatiuorum, prout inquit voluisse Bar. in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & idem inquit referre, & sequi Ias. in l. ex his verbis, in 6. fallentia C. de milit. testam. Et id inquit plurimum facere ad rem nostram, propterea quod vti disponunt, ita etiam probant, ac etiam facilius, cum absque dubio plus sit disponere quam probare vel declarare existentia vel iam disposita, argumento. l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si seruit. vendic. & id eo magis inquit procedere, quando in instrumento verba enunciatiua, vt puta parentelæ vel fraternitatis sunt, per modum enunciatiua. Et ideo sicut licet disponere,

vt notat Bart. in l. si focer. §. Lucius. ff. sol. mat. cum concordantibus, vt inquit Decius in d. consil. 228. in casu ad ad me transmissio, num. 15. & Ias. in d. l. ex his verbis, num. 2. versic. sexto fallit. C. de milit. testam. dum inquit, sexto fallit, quando verba enunciativa essent iurata, propterea quod tunc disponere existimat, siue testator enuncians iuret, siue asserat iurasse, vt limitat Ang. ibidem in lectura Perusina. & mouetur per text. in aurb. quod obinet. C. de proba. Ac etiam, quia iuramentum habet vim illius clausulae, quod actus valeat omni meliori modo. l. cum pater. §. filius matrem ff. de leg. 2. subdit praeterea Ias. idem antea tenuisse Bar. in d. l. ex hac scriptura, in duobus locis, scilicet in tertio & latius in 4. col. ff. de donatio. Est tamen animaduertendum, nonnullos ex supra relatis contrarium tenere in dispositione, licet Soci. in consilio supra relato arguat à fortiori de dispositione ad probationem, & tradit ad hoc Lamber. in tract. de iure patro. in 3. parte, artic. 9. nume. 18. fol. 208 pag. 2.

C A P. CCCXLII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

1 Actus vbi odio creditoris vel alterius reprobatur, contractus iuramento non confirmatur.

1 **A**ctus † vbi reprobatur odio creditoris vel alterius. puta vxoris: tunc contractus iuramento non confirmatur, sed absolutio à iuramento peti potest, ne iurans soluere vel dare cogatur. Si enim ob iuramentum soluere cogeretur, repetere posset, vt inquit Bar. in l. si quis pro eo, col. 4. num. 10. versic. quarto dixi, quando prohibetur contractus in odium creditoris. ff. de fideiussor. per tex. in c. debitores, cum ibi notatis à Felyno & alijs Doct. extra de iureiuran. & Paul. Castren. in cons. 193 super isto puncto, col. 3. num. 2. versic. ad tertiam rationem respondetur, volum. 2. & Corn. in consil. 339. nume. 8. velu. 1. pariter inquit, quod si iuramentum odio alicuius interpositum sit non obligat, & vltra praedicta inquit Doct. ita communiter tenere, in dicta l. si quis pro eo, & ibi latius ipse prosequitur. Praeterea Bertran. in consilio 50. numero 2. volum. 2. pariter inquit per ea quae voluit Bald. in rubr. ff. de iureiuran. colum. 2. versicul. idem dicunt, quod iuramentum, & c. quod actus seu contractus si sint prohibiti speciali odio iuramentum non teneat. Posuit autem Bar. exemplum in Senatusconsulto Macedoniano: & ideo infert quod ex quo certum est quod pactum legis commissoriae in pignoribus creditoris odio reprobatum est, vt habetur in l. fina. Cod. de pact. pigno. & voluit Bar. in dict. l. si quis pro eo, versiculo quarto dixi, & c. & tradit etiam Imola in dicto capit. significante, multis in locis. Vbi etiam idem voluit Perr. de Anchar. & Salyc. in l. I. C. de pact. pigno. & Odofred. in l. fin. eod. tit. & Alberic. in d. l. I. C. de pact. pigno. & Alber. in eodem titulo super rubric. & voluit Bald. in versiculo supra relato, dictum iuramentum non valere, hoc est pactum vel contractum non confirmare, & hac quoque conclusionem inquit tenuisse Angel. in d. l. si quis pro eo, & Butr. & Imola in d. ca. cum contingat, in 4. membro, extra de iureiurando, vt ibidem latius per eum habetur. Illud tamen adnotandum est, quod licet contractus in his terminis iureiurando

non confirmetur, iuramentum tamen seruandum esse, vt dixit Barto. in d. l. si quis pro eo, num. 10. ff. de fideiussor. Praeterea quod iurandum non confirmet contractum prohibitum ex parte debitoris tradit Bart. in d. l. si quis pro eo, num. 11. & Ruin. in consil. 6. num. 12. iterum Ruin. in cons. 16. num. 7. & 8. volum. 1. vbi pariter concludit, quod vbi actus annullatur in odium alterius iureiurando non confirmatur, sed solum obligat iurantem, vt non contrafaciat, & iterum Bertan. in cons. 356. num. 2. vol. 1. inquit, quod licet Bal. in l. I. C. de pact. pigno. contrarium tenuerit: idem tamen in rubr. ff. de iureiur. col. 2. versic. quidam dicunt tenuisse, quod aut iuramentum, & c. ibi aut odio speciali. dum inquit Bal. quod si lex contractum prohibeat speciali odio iuramentum non valere. Dicitur autem illud pactum reprobari à iure principaliter odio creditoris, & si in consequentiam quandam tendat in fauorem debitoris.

Vnde est vt debitor huiusmodi beneficio renunciare non possit, vt notatur in l. cum & si ff. ad Senatuscons. Macedo. & c. si diligenti. extra de foro competen. Item quod iuramentum non firmet contractum mulieris, vel minoris, quando lex prohibet personam contrahere non odio creditoris, sed fauore debitoris. voluit Bart. in d. l. si quis pro eo, nume. 11. ff. de fideiussor. & habetur in decis. 99. num. 10. Rotæ Bononiensis, vbi volunt, quod iuramentum super actu non faciendo praestitum in fauorem alicuius, operatur vt actus in contrarium non valeat, vt dixit etiam Bal. in l. ex duobus. §. si. vbi tradit etiam Ias. ff. de iureiur. & Alex. in cons. 16. col. 3. vol. 3. & ideo voluerunt illi DD. illum procurat. non posse, nec potuisse reuocari, vt latius ipse ibi prosequitur.

C A P. CCCXLIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum an valeat, requirit substantiam & subiectum.

S U M M A R I A.

- 1 Iuramentum esse non potest, vbi non est substantia, nec subiectum.
- 2 Iuramentum non subsistit, vbi causa deficit.
- 3 Iudicium si sit ipso iure nullum & non valet principale, non valet etiam iuramentum.
- 4 Iuramentum non subsistit, deficiente causa finali.
- 5 Iuramentum accessorium, an valeat si non valet illud super quo est interpositum.
- 6 Vitiato principali, an vitietur etiam iuramentum super eo appositum.
- 7 Statuto sublato, tollitur etiam iuramentum super eo appositum.
- 8 Cassato principali, intelligitur cassatum accessorium.
- 9 Heres liberti venit contra alienationem factam cum iuramento à patre liberti.
- 10 Regula illa, quod vbi non tenet principale, non teneat accessorium, semper vera non est.

Illud etiam sciendum est, vbi non est substantia, † nec subiectum, iuramentum quoque esse non potest, vt dixit Port. Imol. in cons. 101. num. 5. vol. 1. & ideo dixit, quod ex quo subiectum renunciationis,

eui iuramentum inhæret, nullius ponderis aut virtutis esse omnino intelligatur, vt in argumento matrimonii ac professionis, renunciationumve ipsarum sæpius constitutum est, c. cum locum, & c. tua nobis, & c. tua, extra de sponsalib. & c. cum virum, extra de reg. iur. & c. quam triste, 7. q. 1. vbi tradit glo. in verbo triste, & c. 1. 17. quæst. 2. vbi gl. in verbo, iuravit. & Hostien. in summa, extra de renuncia. num. 7. versic. quis renunciari possit, numero 4. & Instir. de testamen. §. si quis possit.

Quemadmodum in huiusmodi factorum speciebus ecclesia ipsa spirituale iuramenti vinculum relaxare consuevit, c. peruenit, il. 1. & c. si vero, & c. cum verum, & c. cum cōringat, dummodo non vi, aut dolo, extra de iureiur. & c. quamuis, de pact. lib. 6. & cap. 1. & c. 2. 15. q. 6. ex facto sæpius respondit Oldra. in consi. 35. factum tale est, num. 1. & Bal. in consi. 257. nume. 1. vol. 2. & Ancha. in consi. 299. num. 1. versic. credulitas. D. Ang. in consi. 215. Thema tale est, & Abb. in consi. 60. volu. 1. & in casu renunciationis metu factæ respondit Barbat. in consi. 30. vol. 3. & Decius in consi. 219. nu. 4. & Ruin. in consi. 121. nu. 19. & 20. vol. 4. & Paris. in consi. 5. num. 162. vol. 4. & Rota Romana in decis. 1. in tit. de renunciat. & decis. 7. e. tit. Accedat etiam, quod videtur consensus deficere, & ideo vt iuramentum etiam deficere videatur. Item Hippol. Riminal. in consi. 77. nu. 34. volu. 1. inquit, † quod vbi causa deficit, ob quam quis iuravit non contrafacere iuramento, non obliget, vt inquit Riminal. sen. in consi. 383. in fi. & cum prædictis in terminis transactionis concordat Crau. in consi. 144. nu. 16. vbi inquit iuramentum in transactione appositum non obstare: nam iuramentum sine cōsensu iurantis nihil operatur, vt ibid. per eum, facere etiam videtur illud, quod iterum Hippoldus Rim. in consi. 48. nu. 23. vol. 1. ait. Comprobat hanc conclusionem Tiraquellus in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num. 445. C. de reuocan. donat. ex eo quod Bald. in consi. 310. super eo quod petitur, post medium, volum. 2. inquit, quod vbi iudicium † est ipso iure nullum, si non subsistit principale, corrui etiam iuramentum; l. si quis inquilinus, §. si. ff. de lega. 1. & facit in argumento o. rex. in l. minor. ff. de seru. expor.

Vnde stantibus prædictis non obstare inquit tex. in auth. sacramenta puberum, quia ille tex loquitur de contractibus, in quibus ex consensu oritur obligatio naturalis: & ideo mirum non est, si iuramenti fomentum accedere potest. At in iudiciis huiusmodi obligatio non oritur l. Iulianus. ff. de condit. indeb. Et ratio est, quia iudicia in inuitum redduntur. l. inter stipulantes, §. sacram. ff. de verb. obl. Quatenus vero pertinet ad contractus, an scilicet iuramentum contractum ipso iure nullum confirmet, refert se Tiraque. ad suum tractatum legum connubialium in gloss. 3. in versic. ne peut, num. 25. Vnde etiam est, † quod cessante causa finali, cesset etiam iusiurandum, vt dixit Berous in consi. 4. num. 53. vol. 1.

Pariter etiam † iuramentum accessorium, an valeat si non valet illud, super quo est interpositum, tradit Abb. in d. c. debitores, num. 2. extra de iureiur. versic. ex his quoq. & sequen. in fi. glo. & idem Tiraq. in eodē loco, nu. 444. vbi quærit, an † viciato principali, vicietur etiam iuramentum super eo appositum. Et ea in re inquit Legistas & Canonistas digladiari, & inter se discrepare, ac varias afferre distinctiones, quarum vna est de iure ciuili: Nam, vt ipsi inquit

unt, aut aliquid est prohibitum ipso iure, & effectu aliter: & tunc id iureiurando non confirmetur, vt est tex. in l. non dubium, C. de legib.

Aut vero ipso iure est aliquid at non cum effectu & tunc iuramentum suppleat quo ad effectum, ita vt impugnari non possit, vt habetur in d. auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. & ita inquit Bald. in d. l. non dubium, col. antepen. & inde etiam esse inquit, quod si contractus minoris vel maioris ipso iure valeat iuramentum ipsi omne iuris beneficium aufert quo ad ius singulare, vti est beneficium restitutionis in integrum.

Dixit etiam ad hoc Paris. in consilio nonagesimo secundo, num. 45. & 46. volum. 4. † quod sublato statuto, tollitur etiam iuramentum super eo appositum vt dixerunt Doct. post gloss. in cap. cum accessissent, extra de constitutio. & notatur in c. dilecto, extra de præben. Quinimo dixit, quod licet iurans contrafaciat, in peiurium non incurrit, vt expresse notatur in dictis locis, & in clem. 1. de regula, & Soc. iun. in consi. 145. nu. 41. vol. 1.

Omittendum etiam pro prædictorum declaratione non est illud, quod dixit Alexan. in consi. 38. nu. 8. vol. 3. dum prædictis inquit non obstare glo. in l. si patronus, §. si. ff. si quid in fraud. patron. dum vult, vt remoto principali, † intelligatur etiam remotum accessorium, de quo meminit etiam Bal. in dicta l. Imperator, colum. penul. ff. de statu homin. & quod illa gloss. in dicta l. si patronus, repugnet, gloss. in cap. cum non deceat, de elect. libro sexto, & in clem. dudum, de sepultura. quatenus vult, vt sublato principali contractu, dicatur etiam sublato iuramentum tanquam eius accessorium: Nam illi glo. respondendo inquit, quod illam gloss. in terminis iuramenti ponderauit Bald. in l. 1. colum. 5. versic. quarto, virum iuramentum donationis, & c. C. de inoffic. donatio. dum vult, vt etiam si filius sit † hæres liberti, possit impugnare alienationem à patre liberti cum iuramento factam in fraudem filii vel patroni: & tamen non incurrat in pœnam statuti, etiam si à patre vel liberti in pœnâ promissa sit.

Et ratio est, quia ibi contractus principalis rescinditur & pœnalis, & ex consequenti quodlibet accessorium iuramentum, vt dixit gloss. in l. si patronus, iuncta l. fin. C. de non num. pecun. huic argumentationi respondet ibidem Alexand. hunc in modum, & primum eo modo, quo respondet glo. in d. c. cum non deceat, quæ hoc contrarium refert & sequitur, dixit enim † illam regulam semper veram non esse, quod scilicet vbi non tenet principali, non tenet etiam accessorium, & adducit tex. in capit. cum cōringat, extra de iureiur. secundo modo respondet, vt dixit Hosti. in c. debitores, extra de iureiur. Nam vt inquit ipse, ratio quod sublato principali iuramentum quoque remoueatur, vti illius accessorium, vt habetur in eo text. ea est, quod iuramento homines magis Deo quam homini obligentur. cap. & si Christus, extra de iureiur. & d. cap. debitores, eodem ritu. & capit. habemus, 22. quæstio. 2. sed erga Deum nulla cadit prohibitio impediens hominem Deo obligari ergo licet non teneat principalis contractus, tenet tamen ipsum iuramentum accessorium. Subdit tamen Alexand. secundo loco respondendo, illud tamen admittere, quod dixit gloss. in cap. accessorium, de regul.

de reg. iur. lib. 6. quod id sit speciale in iuramento ratione peccati animæue periculum, & non ob stare illud quod dixit Bald. in l. prima, Cod. de inoff. donatio. Quia ibi loquitur, quando iuramentum apponitur in fraudem & præiudicium alterius, ut puta filii: Nam in eo casu iuramentum nihil operatur in præiudicium illius tertii, ut habetur in d. capit. quamuis ibi, in alterius detrimentum, de pact. libro sexto, & in dicto capitu. cum contingat, extra de iureiuran. & ita declarat Barto. in l. Titia Seio. §. Imperator, ff. de legat. secundo, & in leg. hac edictali, in princip. Cod. de secund. nupt.

C A P. CCCXLIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum an validet renunciationem infidelis vel hæretici.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum non conualidat renunciationem hæretici, vel Hebræi.
- 2 Papa non cogit Hebræos quo ad ea quæ respiciunt salutem animæ.
- 3 Iudæi & hæretici non arctantur constitutionibus canonicis.

1 **R**enunciationem † Hebræi vel Hæretici iuramento non conualidari, tenuit Guiliel. Benedict. in capit. Rainutius, in prima parte, versicu. duas habens filias, numero 289. extra de testamen. Et ratio est, quia in Iudæis & hæreticis huiusmodi sacramenta locum non habent. l. 2. Cod. de hæret. & voluit Bald. in l. vnica, §. item sacramenta, in tit. de pace iuramen. firman. & præsertim cum ratio dicti cap. quamuis, in eis locum non habeat, cum ea dispositio solum ad euitandum dispendium salutis æternæ emanauerit: Quod quidem cessat in Hebræo & Hæretico, qui iam omnem suarum animarum salutem amiserunt c. ita quorundam, extra de iudic. & ideo ad huiusmodi obseruantiam compellendi non sunt, † cum summus Pontifex Hebræos ad id, quod salutem animarum respicit, non cogit, c. qui sint vera, & c. de Iudæis, §. distinct. & ideo dici solet † eos constitutionibus canonicis non arctari ob id, quod foris sint, non autem de grege Christiano, cui præest summus Pontifex, d. cap. gaudemus, extra de diuort. & c. multi, 2. q. 1. & facit illud, quod notatur in cap. 1. de vsur. lib. 6. & hæc inquit communem esse opinionem, licet Ludou. Rom. in d. l. qui superstitis, quampluribus iuribus & rationibus contrarium tenuerit. Vnde etiam est, ut Corn. in consilio 37. nume. 6. volum. 4. voluerit iuramentum Iudæorum & aliorum infidelium contractum alioquin inualidum confirmet, per ea quæ supra deduximus.

C A P. CCCXLV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iusurandum per religionem prohibitam præstitum non tenet, nec valet.

Pariter etiam † non obligat iusurandum per religionem publice improbatam præstitum, ut inquit Corn. in l. ait Prator, §. sed & si quis, ff. de iureiuran. vbi gloss. exemplum ponit, ut si fortasse quis iuret per Apollinem, vel Dianam: qui quidem erant Dii antiquæ religionis, quæ hodie est reprobata, & concordat tex. in §. Diuus in eadem lege, in secunda lectura, & id ibidem latius declarat Cornuus. Hanc etiam conclusionem sequitur Alberic. in l. non erit, numer. secundo, ff. de iureiuran. & id ita verum esse existimat, ut si à principio non valuit, non possit etiam deinde confirmari ex causa superueniente, ut puta quod ille qui ita iurauit, deinde Christianus efficiatur, ut inquit Ruinus in consilio 159. numero decimoquarto volum. quinto.

C A P. CCCXLVI.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum an validet contractum Principis, quo valde minuitur eius iurisdictio.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum Principis non confirmat eius contractum, quando eius actiua iurisdictio valde diminuitur, etiam quod Princeps iuret non contrauenire.
- 2 Secundum iuramentum, quod primo repugnat, non subsistit.
- 3 Pontifex ampla feuda concedere non potest sine consensu Cardinalium.
- 4 Donatio facta à Constantino Pontifici, an valuerit.
- 3 Prelatus si alienet sine causa res ecclesie, & iuret non contrauenire absq. metu periurij, potest contra dictum iuramentum ire.
- 6 Seruus manumissus dicitur nouus homo.

Tenuit etiam Berous in ca. 1. numero 32. 33. & 34. extra de probatio. versicu. secundo limita, † contractum principis, quo valde minuitur eius actiua iurisdictio, etiam quod iuret non contrauenire, non subsistere, ut est tex. in c. intellectu extra de iureiur. Ratio autem est, † quia huiusmodi contractus & iurisdictiois diminutionis repugnarent primo iuramento, quo Principes iurant omnia Principatus iura conseruare, argumento c. 2. vbi tradit Abb. extra de iureiur. & ideo dixit Bal. in l. pen. C. de bonis, que liberis. Pontificem † magna feuda sine Cardinalium consensu concedere non posse. Vnde nonnulli inferunt, † donationem factam ab Imperatore Constantino Pontifici Siluestro non valuisse, propterea quod Imperium ob ipsam valde diminutam fuit. Alii vero omnino valuisse dicunt, ex quo facta fuit de consensu & voluntate populi Romani, ut habetur in c. Constantinus, in prin. 96. distin. Vnde ex prædictis inferitur iuramentum, per quod auctoritas & iurisdictio iurantis valde minuitur, non subsistere, nec seruandum esse: quandoquidem alioquin porius periurium, quam iuramenti obseruatia diceretur. d. c. intellectu. faciunt etiam optime ea, quæ dicunt Abbas & alii in c. 2. extra de iureiur. videlicet

delicet quod si praelatus ꝛ res ecclesie sine causa alienauerit, & iurauerit, alienationi non contrauenire, potest absq; metu periculi tali iuramento contrauenire, quia illud seruare periculum esset *d. ca. 2. extra de iureiurando, & ca. si quis presbyterorum, ubi est casus, extra de rebus eccl. non alien.* & per illum text. in *d. c. dilecto*, duo inferuntur. Primum, quod iuramentum Domini seu Principis, quo potestas & iurisdic-tio seu honor dignitatis sua minuitur, non valere nec iuramentum ligare, *d. c. 2. & d. c. si quis presbyterorum, & d. c. dilecto*. Secundum autem est, quod superior, qui in principi. suae dignitatis iurauit conseruare honorem & iurisdictionem dignitatis suae, si deinde contrafaciat etiam cum iuramento, id q; deinde facit non subsistere, propterea q; contractus & iuramentum secundo loco praestitum contra primum est. *d. c. dilecto*. Vnde inferendo subdit Berous ibide, nu. 3. 4. quod si ante electionem ad dignitatem quis piam aliquid promiserit, ac iurauerit, & sit tale illud q; iureiurando promissit, vt iurisdic-tio dignitatis minuat, si qui deinde ad eam dignitatem electus sit, poterit tali promissioni & iuramento contrauenire, vt est text. in *c. sicut nostris, extra de iureiuran.* ubi species videtur. Vnde ibidem Abbas infert ad illud, quod saepe fit cum iuramento in con-clau inter ipsos Cardinales antequam Pontifex eligatur cum aliquid non facere iureiurando promittunt: vt puta, quod non creabit Cardinales, vel si creabit quodam constituto modo creare, per quem eum auctoritas & potestas pontificia minueretur: an si Pontifex deinde creetur vel eligatur, talis electus illi iuramento stare debeat? Et inquit ibidem Abb. huiusmodi iureiurando quin ei contrauenire possit non ligari. tam ob id quod tendit ad diminutionem pontificiae potestatis, vt est tex. in *d. ca. sicut nostris*, quam etiam quia is qui iurauit dicitur iurasse tanquam vnus de capitulo, non tanquam caput. Nec, vt Pontifex, vel episcopus, & ideo electus Pontifex vel Episcopus contrafacere vel venire potest, vt nouus homo & diuersus ab eo, qui iurauit ob nouam adeptam dignitatem, vt de seruo dicitur, ꝛ qui ob manumissionem nouus dicitur & diuersus homo. *l. si res, §. aream, ff. de solutio.* & in simili adducit ea, quae habentur in *c. a collatione, de appel. in 6. & notat etiam gl. in d. c. 2. extra de consuet. lib. 6.* dum inquit, quod si quis vti canonicus aliquid in capitulo fecerit vna cum aliis de capitulo, & ad eum appellatio interposita sit, tanquam ad episcopum, ob id quod esset canonicus & episcopus appellatione ad eum deuolui dicendum esse? & ideo ipse de interposita appellatione cognoscere potest: quandoquidem primum actum vt canonicus fecit. & vt episcopus de appellatione cognoscit. & forte subdit Berous, hac opinio verior est, quicquid nonnulli alii fenserint, vt est Decius, qui tempore schismatis Iulii Papae contrarium consulu. Praeterea hanc eandem conclusionem iterum firmat Berous in *rub. extra de appellatio. numero vigesimo, & in capitu. si quis presbyterorum, numero decimo nono, extra de bonis ecclie. non alien.*

CAP. CCCXLVII.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARI A.

- 1 Iuramentum non conualidat contractum in totum nullum ipso iure.
- 2 Confessio facta sine inditiis per metum, est nulla & inualida.

Procedendo ad vltiora dicendum est, ꝛ iuramentum non conualidare contractum profus nullum ab ipso iure: Quinimo tunc nihil operatur, si super eo interponatur, vt inquit Rolan. a Valle in *cons. 2. nu. 80. vol. 1.* prout dixit etiam Philipp. Franch. in *c. quamuis, de pact. lib. 6.* & facit illud, quod dixit gl. in *auh. si qua mulier, in prin. C. ad Velleia.* dum vult, vt iuramentum non confirmet contractum ipso iure nullum, & eam glo. inquit ad hoc valde notabilem, Ludo. Rom. in *l. 1. vers. & audi duas notabiles cautelas. ff. de vsucap.* & hanc conclusionem sequitur etiam Marfil. in *l. penul. col. antepenul. ff. de quest.* dum ait iuramentum extortum tunc obligare, vbi actus super quo interponitur, non est nullus: secus vero si ex se ipso sit nullus, & suapte natura, propterea q; tunc huiusmodi iuramentum metu extortum non subsistit. & ideo subdit, quod sicut confessio ꝛ facta sine inditiis per metum, est nulla & inualida, idem etiam & de iuramento dicendum esse superueniente, vt scilicet metu extortum praesumatur, nullum est & inualidum.

Hac conclusio confirmatur etiam ex iis, quae iterum notauit iterum Marfil. in *cons. 525. col. 7. vol. 2.* dum inquit, q; cum instrumentum dotis factum a carcerato sit nullum ipso iure, vt dixit Bar. in *l. si mulier, §. si dos, ff. quod met. caus.* merito vt iureiurando conualidetur dicendum esse, ex quo tale iuramentum nihil validi habet, super quo consistere possit. Et hanc conclusionem sequi videtur Fely. in *c. si verum, in si. extra de iureiuran.* Praeterea hanc eandem conclusionem iterum firmavit Rola. a Valle in *consil. 57. nu. 56. vol. 3.* Item quod quando actus est nullus ex se ipso & suapte natura, ipso iure non conualidetur iuramento, tenuit etiam Neuzanus in *consil. 52. num. 51. & Ang. in cons. 160. col. 2.* inquit, q; si contractus sit nullus ipso iure, iureiurando confirmari non potest, propterea quod impossibilis sit confirmatio, nisi praesupponatur aliquod subiectum confirmabile, vt habetur in *c. auditis, extra de elect. & voluit idem etiam Socin. iun. in consilio 44. nume. 17. & 20. volum. 2.* vbi inquit hanc opinionem magis communem esse, quando contractus est omnino inualidus de iure communi, & iterum Soc. iun. in *consil. 48. num. 17. vol. 1.*

Item hanc opinionem sequitur Hippol. Rim. Sen. in *consil. 138. vol. 1. & Innoc. in d. c. auditis, extra de electio. & in cap. prudentiam, extra de offic. deleg. & And. Sicul. in consilio 2. numero 9. & in consilio 21. colu. 5. vol. 1. & Ruin. in consil. 135. num. 12. vol. 1. & in consil. 60. num. 4. vol. 4. & Salyc. & Ias. in d. authen. sacramenta puerum. col. 7. vers. tu responde. C. si aduers. vendit. & Steph. Aufre. in additio. ad decis. Cappel. Tholos. in quest. 282. & licet Ioan. Maria Riminal. in consilio 89. numero 26. & 27. volum. 1. voluerit, iuramentum contractum nullum confirmare, & iterum in consilio 430. nume. 7. vol. 3. id tamen iuxta ea quae paulo ante diximus, intelligendum est.*

CAP. CCCXLVIII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum generale an extendatur contra iurantem.

SUMMARI A.

- 1 Text. in capit. petitio, extra de iureiurando, declaratur.
- 2 Promittens dare turrim, vel Castrum contra omnem hominem, an teneatur contra se dare.
- 3 Contra se aduocare, quis non tenetur.
- 4 Persona loquentis, quando comprehendatur in generali elocutione.
- 5 Promittens non esse contra aliquem in tali pradio, ac etiam tenere illud contra omnem hominem, & se obligauit pœna adiecta, an possit agere contra eum rei vendicatione.
- 6 Remittens ius expresse quod ignorauit sibi competere remittendi non nocet.
- 7 Mandatum generale non comprehendit vt soluat indebitum.
- 8 Iurans aliquem defendere contra omnem hominem, non tenetur defendere aduersus suos amicos vel consanguineos, & de quibus intelligatur.
- 9 Amici sanguinis coniuncti equiparantur.

Mittendum præterea non est illud, quod dixit Matthæus Afflicti. in c. 1. §. contra omnes, numero 9. in tit. hic finitur lex Conrad, vbi declarando tex.

- 1 in t. cap. petitio, extra de iureiurand. dum vult, vt licet quis teneatur contra alium vi iuramenti, non tamen contra seipsum tenetur vel ecclesiam suam, & ibi gloss. plures refert concordantes. & infert ad
- 2 illam antiquam quæstionem, an si promisi t. alicui ei dare turrim, vel Castrum meum contra omnem hominem, non teneri ea contra se ipsum dare. De hac quæstione tradit glo. in dicto cap. petitio, & tradiderunt Cynus & Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. inquisitio. C. de solutio. & Bart. & iterum Bald. in l. prima. ff. de Senato & And. de Ifern. in dicto §. contra omnes & Pileus eam disputauit in sua quæsti. 24. quæ incipit, Odericus promisit Episcopo Mutinensi, & habetur in l. frater à fratre. ff. de conditio. indeb. & facit etiam tex. in l. petitio, vbi etiam Bald. C. de aduocat. diuers. iudic. vbi habetur, neminem teneri aduocare
- 3 contra t. seipsum, vel suos, etiam quod contra omnes aduocare promiserit. Hæc plane conclusio, vt ipse inquit, vera est, quando ex verbis sententiæ vel promissionis apparet t. personam loquentis comprehendendi non debere: alioquin si appareat ex verbis solitis personam loquentis comprehendendi debere, tunc in generali sermone persona loquentis continetur, vt in l. Paulus, §. fin. ff. de pigno. Videnda tamen sunt de hoc articulo ea quæ late scripsit Andreas Barbat. in d. l. cum acutissimi. car. 36. & seq. in lib. meo. & vltius dicit etiam quætere Andream ipsum in d. c. contra omnes. Quod dicendum sit, si fortasse
- 5 quispiam promiserit t. alicui contra eum non facere in tali prædio & iuret tenere tale prædium contra quemlibet, & ideo sub pœna se obligauerit: An ille, qui ita promisit, contra eum rei vendicatione agere possit & dicere illud prædium suum esse, & ad se ipsum pertinere, ea promissione non obstare?

Et in hac dubitatione inquit And. in d. c. contra omnes, omnino posse, si tempore promissionis tale ius competere sibi ignorabat, arg. l. si cū tutoribus. ff. de trasact. Vnde et est, vt ius remittens t. expresse quod ignorabat sibi competere, sibi non præiudicet, vt habetur in Auth. quo. oport. episc. §. de ordinan. & l. mater decedens, ff. de inoff. testam. In hoc autem casu promissio de extranea persona intelligitur, non autem de persona promittentis, vt ex iuribus supra deductis manifeste apparet. id quod ex eo comprobatur, quod illa promissio quod contra eum non erit, iusto modo intelligitur, secus vero si iniusto, vt habetur in d. c. petitio. & id comprobatur ex eo, quod dici solet, in generali mandato t. non comprehendendi quod soluat indebitum, sed illud solū quod debetur, vt est text. in l. si procurator, ff. de condit. indeb. Accedat etiam generalis potestas à lege data vel ab homine de soluendo aliquid, intelligitur de eo, quod licite solui potest, vt habetur in l. si uis cui nummos. §. si cum vero. ff. de solut. & ex prædictis infert Tiraquell. in tracta. de pœnis, in causa 22. nu. 47. quod Abb. Antiquus in c. petitio, extra de iureiur. dixit, quod si fortasse quispiam iurauerit t. aliquem defendere contra quemcūque, non intelligatur iurasse, nec teneri eū defendere contra suos amicos, quemadmodum etiam contra consanguineos non tenetur. Quod sane & Panor. ibi, in col. si. vers. non tamen placet. in magna amicitia admittendum existimat propterea quod ipse ita iurans videtur eandem quam de se ipso affectio nem habere, vt notatur in l. sed & ha. ff. de procura. & mouetur etiam aliis iuribus, & sequitur idem Barbat. in d. l. cum acutissimi, col. 91. vers. & facit quod voluit. C. de fideicommiss. vbi etiam ex hoc notat t. amicos sanguinis coniunctis equiparari & idem etiam dixit nulla prædictorum Doct. facta mentione Ioan. Montefer. in repetit. l. frater à fratre, colu. 6. ff. de condit. indebit.

CAP. CCCXLIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIVM.

- 1 Iuramentum vilium personarum nullius roboris, aut parui esse videtur.

Dixit etiam Rolan. à Val. in consi. 24. nu. 64. vol. 1, t. personæ modicæ extimationis & si iuxta communem opinionem in testem sine tortura admittatur, ei tamen eam fidem adhibendam non esse, quæ aliis adhibetur, vt dixit Bar. in l. Diuus. §. fin. ff. de quæst. & tradit Hippol. Marfi. in l. ex libero, col. 1. ff. de qq. & ideo dixit Bald. in auth. cui relictum, col. 3. vers. attende. C. de indicta viduit. tollend. iuramentum vilium personarum pondus nullum habere, & quasi pro nihilo reputari apud bonos & graues viros. & Bart. sequitur etiam Marfi. in l. maritus, col. 6. vers. & pro prædictis ff. de quæst.

CAP. CCCL.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIVM.

- 1 Iuramento quis ab honore publico restitui non debet.

Dixit

Dixit etiam Berous in *conf. 92. num. 6. & 7. volu.* iuramento quempiam ab honore ꝛ publico retrahi non debere, per *tex. in c. si diligenti, extra de foro comp. id quod plane eueniret, si prælatus iuramentum seruare tenetur, nec illi posset ob ecclesię vtilitatem contrauenire (vt supra diximus) & declarat Abbas in d. c. 2. extra de iureiur. & optime facit illud, quod voluit Bal. in l. si ad excludendum, C. de reb. credit. vbi latius, & rursus in *conf. 8. nu. 15. vol. 3.**

CAP. CCC LI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. *Iuramentum disponens, quod filia indotata remaneat, seruandum non est.*

Seruandum etiam non est illud iuramentum, vt inquit Cephal. in *conf. 142. num. 4. vol. 1.* ꝛ vbi ob illud filia indotata remaneret, & ratio est, vt inquit ibidem Cephal. quia tunc tale iuramentum publicam vtilitatem impugnet, l. prima, ff. sol. matrimon. & tradit etiam idem Cephal. in *consilio 34. numero 6. eod. volum. 1.*

CAP. CCCLII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. *Iuramentum super impossibili non obligat.*

Conuenit etiam prædictis illud, quod dicitur, ꝛ iurandum super impossibili præstitum no obligare, vt dixit Afflic. in d. capit. vñico, in tit. si de feu. vasa. abalien. fuer. interpel. cum domi. num. 38. lib. 3. dum inquit quod vbi iuramentum fidelitatis interponitur super impossibile iuris, nulla oritur obligatio. §. *impossibilis, Instit. de inutil. stipul.* Est autem impossibile apud ius, vt in pecunia, quæ est res mobilis, feudum constare possit, vt habetur in *cap. 2. de feud. cogn. & ideo si reperiretur casus, in quo feudum in pecunia consistere posset, vt inquit supra posuissè casum in 3. notab. vti que recipiens pecuniam in feudum eo modo vasallus efficeretur: si vero simpliciter feudum constituatur: talis constitutio non subsistit, nec recipiens vasallus efficitur, propterea quod si non valeat vt ago, non valet etiam vt valere potest & ratio illa est, quæ circumferri passim solet, Quod potui nolui, & quod volui adimplere nequiu. l. *multum interest. C. si quis alteri, vel sibi.* Item hanc eandem conclusionem, quod iuramentum non obliget ad impossibile, tenet Corn. in *conf. 78. numero vñdecimo, volumine primo.* & ratio est, quia impossibile non est obligatio. l. *impossibile, ff. de regul. iur. & idem voluit Afflic. in capit. vñico §. sed nec est alia, in titul. quæ sit prima causa benefici. amittent. num. 89.**

CAP. CCCLIII.

ARGUMENTUM.

Iuramentum in dubio refertur

ad causam, quæ tunc extabat.

SUMMARIUM.

1. *Iuramentum non excludit iurantem ob id, quod in dubio ad causam refertur, quæ adest tempore iuramenti.*
2. *Iurans seruare contractum donationis, si deinde ille contractus à statuto annullatur ob id, quod donatarius intra tempus deputatum gabellam non soluit, vel ipsam donationem insinuari non curauit infra mensem, vt mandat fieri statutum, iuramentum tunc nihil operatur.*
3. *Iuramentum, an tollat defectum insinuationis.*
4. *Iuramentum tollit nullitatem, quæ reperitur tempore iuramenti, & non post.*

Ad illud etiam in terminis nostris animaduertendum est, quod dixit Ruin. in *conf. 51. nu. 9. & 19. vol. 1.* dum inquit, ꝛ iuramentum iurantem non excludere, propterea quod in dubio ad causam refertur, quæ tempore præstiti iuramenti extabat, vt habetur in *cap. cum inter, extra de renunciario. & ita declarat Butr. in d. cap. cum contingat. in 8. membro, extra de iureiur. & ideo inquit, quod si quis ꝛ iurauerit contractum donationis seruare, & contractus annullatur à statuto ex eo quod donatarius intra tempus constitutum gabellam non soluerit, vel eam insinuari non procurauit, prout mandat ipsum statutum, statutum nihil operari. Huiusmodi namque iuramentum hoc intelligitur, si res in eodem statu permanferit, vt notatur in *c. quemadmodum, eod. tit. cum concordantib.**

Hanc eandem conclusionem tenuit Federic. de Senis in *consilio 281. casus talis est, statuto ciuitatis cauetur. & tenuit etiam Imola in d. c. cum contingat. in septimo membro, vñsi. item aduerte, in quantum dixi, & c. & Aret. in *consil. secundo, & si Imola in eodem capit. in 10. membro, ꝛ teneat tale iuramentum contractum illud supplere, & tollere defectum insinuationis: illud namque, quod ipse ait, tunc procedit, quando à principio donatio annullatur, prout quando de iure communi insinuatio non interuenit, l. *sancimus, vbi notat Bal. C. de donat.***

Quando autem deinde ex forma statuti nulla redditur, prout quando dicitur quod sit ipso iure nulla, nisi infra mensem insinuetur: nam tunc iuramento non confirmatur, vt dixit Imola in d. 7. membro, aliter tamen sequendo opinionem Federici & Butrii. Præterea Cephal. in *consil. 118. num. 31. vol. 1.* inquit, ꝛ iuramentum nullitatem tollere, quæ reperitur adesse tempore iuramenti. At si oriatur ex causa superuenienti, vt puta ex defectu insinuationis non factæ, vel gabellæ non solutæ, & tunc iuramentum non impedire quo minus actus nullus sit & de eius nullitate dici possit, etiam ab eo qui iurauit, vt inquit Socin. in *consil. 80. num. 11. vol. 1.* Id autem vt inquit Cephal. procedit etiam quod iurasset non contrauenire aliqua ratione vel causa, & c. & idem dixit Ruin. in *l. nemo potest, col. vñdecima, ff. de legat. primo,* propterea quod intelligitur rebus obstantibus, vt habetur in dicto *c. ad audientiam, extra de iureiur. cum similibus.*

C A P. CCCLIII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

1 Iuramentum generaliter præstitum à minore, quod non contraveniat alicui contractui deinde faciendo, non subsistit.

2 PRæterea sciendum est, quod iuramentum generaliter præstitum à minore non impugnandi contractum deinde faciendum, contractum illum non confirmat, ut inquit Paul. Castren. in leg. si quis mihi bona, nume. 2. ff. de acquiren. hered. vbi etiam late tractatur, quando aliquid generaliter fieri satis non est.

C A P. CCCLV.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

1 Iuramentum non ligat contra ecclesiæ utilitatem & superioris auctoritatem præstitum.

2 Mittendum nõ etiam est, licet de hoc supra dictum sit, quod iuramentum contra ecclesiæ utilitatem & superioris auctoritatem non obligare, ut dixit August. Berous in rub. extra de constit. nu. 62.

C A P. CCCLVI.

1 Iuramentum, quod præbet delinquendi occasionem, non obligat, ut late tradit Ruin. in consilio 70. num. 9. vol. 3. & ibi tradit late.

C A P. CCCLVII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

1 Iurans efficere non potest, ut leges in sua dispositione locum non habeant.

2 Matthæus Afflict. in cap. item illud, in tit. de feud. guard. & castal. num. 14. & 15. inquit quod iuramentum efficere non posse, ut leges in sua dispositione locum non habeant.

C A P. CCCLVIII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

1 Iuramentum in casu vrgentis necessitatis, non obligat.

2 Iuramentum præterea in casu vrgentis necessitatis non obligat, ut tradunt communiter Doctores in cap. querelam, extra de iureiur. propterea quod Deus animum respicit, non manum, c. si quid inuenisti, 14. quest. 5. & ideo dixit Innoc. in c. venerabilem, extra de elect. quod vrgentem necessitate, potest quis propria auctoritate iuramentum infringere, si superior facile haberi non potest, ut supra etiam diximus, ut ab eo absolutio petatur, c. antecessor. 13. q. 3. & tradit Anto. Petrut. in l. 1. nu. 204. ff. de iureiur.

C A P. CCCLIX.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I A.

1 Iuramentum secundum, non tollit primum.

2 Deceptis & non decipientibus iura subueniunt.

ILLud etiam hoc loco adnotandum est, quod secundum iuramentum primum non tollere, ut voluit Lanfran. in c. quoniam contra, nu. 2. extra de probatio. & ideo inquit, quod si mulier iuret dotem non alienare, & deinde alienet & iuret perpetuo dictum contractum alienationis ratum habituram, ex secundo iuramento non obligatur, sed ex primo tantum, ut voluit gloss. in c. licet, extra de iureiur. & ibidem subdit, quid inferat iuramentum, cum dotis alienatio ipso iure prohibita sit. §. 1. instit. quib. alien. licet, vel non, & Portius in cons. 99. num. 11. dixit, quod cum singularum urbium pastores summo Præsuli iuramentum fidelitatis præstare consueverint, c. e. go N. extra de iureiur. vbi tradunt Doct. & iterum gloss. in c. 1. de pact. & in specie quod bona ecclesiarum in eorum diocesi alienari non permittet, cap. vt super, extra de reb. eccles. non alien. vbi etiam gloss. in verbo, iuramento. & ibidem Abbas nu. 8. & c. tua nos, extra de eccles. adific. & reparatio. vbi gloss. in verbo, obventiones, & c. fin. eod. tit. vbi gl. in versic. non alienandis. merito secundum iuramentum in alienatione appositum, scilicet de non reuocandis rebus ad regnum pertinentibus alienatis aduersus iuramentum ab ipso Rege præstitum, de illis conseruandis in susceptione coronæ præstitum obseruari non debet. c. intellecto, extra de iudic. vbi Hostien. & Ioan. And. Bald. Butr. Imola & Abbas aduertunt. & sic patet secundum iuramentum primum non tollere. Præterea M. Ant. Nat. in cons. 505. numer. 14. volumin. primo. loquens de primogenitura, inquit si filius cum iuramento ratificet primogenituram, non potest deinde efficere, ut loca primogenituræ omnibus acquirantur, etiam quod ita velit & iuret. Nam vbi iuratum est alteri non contravenire, vnde fuit ius quæsitum primo iuramento standum est, non autem secundo: & ideo tenetur suum primum iuramentum præcise seruare; & iterum M. Ant. Nat. in cons. 426. num. 17. vol. 2. loquens de locatione inquit si iuramentum sit appositum in locatione, illud primum attendi debet, ut dixit Imola in l. cum vir, ff. de vsucap. & ita intelligit tex. in cap. intellecto, extra de iureiur. qui loquitur in Rege, qui tenetur in ipsa promotione iurare iura regni non alienare: & ideo alienationes quæ deinde subsequuntur, nullæ sunt. & id etiam ait procedere in iuramento apponi solito: nam probabiliter ignorari non potest: & ideo qui cum eis contrahunt, qui prius contrarium iurauerant, sibi impudent. Animaduertendum tamē est, Nattam ibid. num. 16. velle ac tenere, secundum iuramentum primo præualere, vbi emptor primū ignorat, ut dixit Imola d. l. cum vir, col. 9. vers. item iuxta prædicta ff. de vsucap. & in dict. c. cum contingat, in 9. membro, extra de iureiur. & respondet in prædictis locis Imol. loqui in muliere, quæ iurauit non alienare fundum dotalem & deinde alienat. Nam tunc si iurauit, ei tantummodo non alienare, Imolæ distinctionem optime procedere, ut scilicet in emptore ignorante secundum iuramentum præualeat quando

quandoquidem tunc frangere primum iuramentum non tendit, nisi in præiudicium mulieris, cui subueniri non debet, ex quo sub prætextu primi iuramenti emptorem circumuenire tentauit: † quandoquidem deceptis, & non decipientibus iura subueniunt. *l. si alterius, C. si minor se maior dixer. & l. si sine. C. ad Senatuscons. Velleia. vt ibidem Imola la-rius prosequitur.* At vbi mulier alteri iurasset non alienare, eius alienationem non fieri intererat, illa distinctio adhibenda non est, an emptor sciat, vel ignoret: Nam posito vt ignorauerit, primum iuramentum est obseruandum, ex quo agitur de præiudicio tertii, cui iam ex illo actu iurato ius quasi-um est, & à quo inuito extorqueri non potest, & ita limitatur conclusio, vt supra, quando non deberet verosimiliter ignorare, ex prædictis infert Ias. *in l. si quis ita promiserit, §. ea lege, num. 26. ff. de verbor. oblig. per ea, quæ notat Bar. in l. omnes populi, in 4. quæst. tertia q. principalis, in vers. circa tertium,* si primum statutum sit iureiurando firmatum, & deinde aliud fiat in contrarium, an secundum valeat & teneat, nõ obstante iuramento. & an primum statutum quâuis iuratum possit à subsequenti tolli contratio, & si reuocantes sint periuri? & teneri quod possit, & inquit Bart. *in d. l. omnes populi. moueri per text. in c. 1. in fin. extra de sponsalib. & dicit Ias. debuisse allegare tex. in d. c. sicut ex literis, de sponsalib. & per tex. in c. 1. in fine, de voto. in sexto. & de hac conclusione inquit late tradere Alberic. de Rosate in auth. hoc inter liberos, C. de testam.* Præterea de hac quæstione primi & secundi iuramenti, tradit Nic. Boerius in consilio 28. num. 20. vbi de renunciationibus mulierum loquens inquit, quod si tales renunciationes fiant bino proposito deliberato, & earum voluntario præstito iuramento, non autem coacto quod sane tendit ad eundem effectum, & ideo aliquid petere non possunt, per ea quæ notantur in d. c. quamuis, & c. licet mulieres, eodem lib. & d. cap. cum contingat. eod. tit. secus vero si tendat ad diuersa, propterea quod tunc primum iuramentum seruandum est, vt inquit glos. in d. ca. licet.

Præterea etiam Guiliel. Benedic. *in ca. Rainutius, decis. 2. vers. & uxorem nomine Adol. stam, nume. 180.* pariter vult, vt secundum iuramentum primum non tollat, & primum loquitur de rege, dum incoronatur, iurante non alienare, & iterum *in eod. c. in 1. par. in vers. duas habens filias, num. 290. & 291.* de renunciatione loquens hæreditatis paternæ iuramento vallatæ, in quo articulo prius supra, numero 285. firmat regulam, vt iureiurando renunciens ab hæreditate excludatur, & ideo primum iuramentum præualeat. At num. 290. limitat, vbi filia primum iurasset non facere pactum de non succedendo, & quod non renunciabit: Nam in eo casu cum primo iuramento concurrat etiam dispositio iuris communis, tale pactum de non succedendo infirmantis impedit dominii translationem, vt diximus. Et dixit etiam ipse Guiliel. super verbo, *testamentum, tertio.* ergo secundum iuramentum de non succedendo postea præstitum, cum sit contrarium primo iuramento licito merito non obligat, *c. eamte, extra de iureiur. & dicit glos. singularis in d. c. licet mulieres. de iureiur. lib. 6.* dum inquit, quod si mulier primum iurat non consentire alienationi rei dotalis, si deinde cum iuramento consentiat, aliena-

tionem non subsistere, & de hoc videtur casus in d. c. intellectu, extra de iureiur. & voluit Rom. *in d. leg. qui supersitit* & facit illud, quod notauit Spec. *in tit. de emptio. & vend. §. tertio loco, vers. & nota generale, & Ioan. And. in d. c. cum contingat, extra de iureiurand.* vbi inquit, minorem non posse alienare sine decreto, etiam quod iuret, si fortasse prius non alienare iurauerit absque decreto.

Hanc sententiam inquit tenere etiam Alexand. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obl. & iterum voluit glos. in d. c. licet. quam sane gl. vltra ipsum limitat, ibid. Guil. num. 291. dupliciter.* Primo limitat, vt tex. in d. c. licet, locum habeat, vbi cunq; primum iuramentum in manibus alicuius præstitum est, & ad illius commodum, vt patet in d. ca. intellectu, vbi Rex iurauerat in manibus reipublicæ Regni, & ad illius commodum iura regni non alienare. At secus esse, si generaliter & in manibus alicuius non præstetur: nam in eo casu nulli alteri præiudicat. Quinimo secundum iuramentum præualeat, vt determinat Bal. limitando d. gloss. in cap. veniens prope finem extra de iureiurand. & habetur in auth. sacramenta puerum, vers. vltimus quaro. C. si aduers. vend.

Secundo etiam limitatur, vt illa glo. tunc locum habeat, quotiescunque ille cui præstatur secundum iuramentum, sciret præstitum esse secundum, & quod secundo loco illum qui iurat prius iurasse contrarium: Nam in eo casu secundum iuramentum non tenet, vt habetur in d. c. dilecto, vbi ille, cui res regni cum iuramento alienata fuit, sciebat aut saltem scire debebat ipsum Regem prius contrarium iurasse, & præsertim cum huiusmodi iuramentum à Regibus & ceteris administratoribus præstari consueuerit palam & publice tempore coronatio, ita vt nemo illud ignorare præsumatur. Ad quod facit etiam text. in c. si quis presbyterorum, extra de rebus eccl. non alien. vbi primum iuramentum à prælato præstitum de non alienandis, est de iure communi, & omnibus notum, & ex consequenti derogat secundo iuramento in alienatione præstito. At secus est, si ille cui præstitum est secundum iuramentum ignorasset, & quod primo repugnet: Nam in eo casu præualeat secundum iuramentum, ne detur facultas decipiendi, & locus fraudibus relinquantur, vt inquit Bald. *in d. c. cum contingat, colum. 7. extra de iureiurand. & idem tenuit rursus Bald. in l. si prædium, in fin. in 2. lectura. C. de iure dot. & idem prius firmauerat Ioan. Fab. in §. 1. in 2. col. Instit. quib. alien. lic. vel non.* inquiens cautelam gl. in d. c. licet, in foro animæ tutam non esse. Præterea hanc eandem conclusionem, quod iuramentum secundum, primum non tollat, tradit etiam Thom. Gram. *in cons. 31. num. 12. & voluit Hostien. in d. c. licet mulieres, ante gl. de iure iuran. lib. 6. & Card. in clem. 1. §. 1. extra eod. tit. & rursus Alexan. in l. Meuia. ff. sol. mat.* Item hanc conclusionem sequitur Corne. *in consilio 170. numero 4. volu. 4.* & si dixerit contractum contrarium inuolidum nõ reddere, sed secundi vires impedire. Præterea hanc conclusionem sequitur Ang. in dict. *l. si quis pro eo,* & loquitur de Rege & prælato, qui non alienare iurauerant, & deinde alienauerunt, vel iurauerint non contrahere: quandoquidem ex eo quod non contraheret, regno & ecclesiæ præiudicaretur, & ideo in eo casu seruandum est iuramentum, nec absolutionem necessariam esse, vt

ex prædictis apparet. Hoc idem tenuit Curt. iun. in *conf. 26. nu. 5. vol. 1.* ubi loquitur de iuramento opposito in primo testamento. & inquit vim clausulæ derogatoriæ habere subsequentiæ testamento- rum, & de hac clausula quando in iuramento adesse intelligatur. *supra late diximus in ampliationib. ca. ...* & rursus idem voluit Corne. in *l. pactum quod dotali numero 12. C. de collat.* & loquitur de minore iurante non contrahere neque distrahere absque decreto iudicis vel tutoris auctoritate, ut ibi *per eum*, & licet ita tenendum esse ob Doctorum auctoritatem ab eo ibidem relatorum, inquit tamen id sine scrupulo non pertransire, propterea quod licet iuret non contrahere, & contrahendo peccet, ut *supra*: potest tamen sine peccato iuramentum seruare: & ideo iuramentum seruandi contractus præstitum illicitum non est, & ob id seruandum, ut ibi ratio per modum deducitur. dict. *c. cum contingat*, & in terminis fundi dotalis, & in illis terminis loquitur Speculator, & sequitur Ioan. And. in *locis ibi relatis*. Nec inquit obstare tex. in d. c. intellecto, quia ibi iurauerat seruare illibata iura sui regni, & ideo si non reuocaret, utique alienare diceretur, & ex consequenti iuramentum impugnetur. Item hanc eandem conclusionem sequitur Corn. in *l. duobus. §. item cum ex hac. nu. 1. ff. de iureiur.* qui inquit notandum, quod posteriori iuramento standum sit, etiam quod secundo repugnet. Id tam Guil. & post eum Bart. verum esse inquit, cum est iuramentum decisium voluntarium, vel iudiciale decisium, & in eo casu ultimo voluntario standum est, cum an dare oporteat, quærendum non sit, sed an iuratum sit, ut habetur in fin. illius *§ non autem necessario*, etiam quod vltimum necessarium esset & decisium præcesserit, propterea quod non potest iudex propria sua voluntate quæstionem excitare iam de partium voluntate decisam, ut dixit Barto. cum quo transeunt communiter Doct. & si Ang. aliter velle videatur. hæc inquit Corn. ibidem facere ad illam quæstionem, an qui iurat non alienare, si deinde alienet cum iuramento, talis alienatio subsistat, cum vltimo iuramento standum sit. & id inquit Bald. verum esse, si primo loco nulli iurauerit: secus si alicui iurauerit, quia in eo casu primum iuramentum præfertur ex quo eo ius parti quæsitum est, cui iurauit. Facit ad hoc tex. in *l. si repetendi, C. de condic. ob cau. & in l. ea C. eod. tit.*

Et id inquit notandum ad eorum limitationem quæ habentur in d. c. *licet mulieres, de iureiur. lib. 6.* ubi gloss. dat cautelam, quod alienatio à muliere facta non subsistat, nisi prius iuret non alienare. Hæc autem cautela videtur vera, si primo loco non soli Deo sed etiam alteri iuret: quandoquidem si soli Deo iuret, standum est secundo iuramento: & id ea fortasse ratione, quod qui secundo loco iurauit, si velit contrafacere vel venire ratione primi iuramenti, ut peritium alleget opus est, & ex consequenti suam turpitudinem, de quo tradit Spe. in *tit. de emp. & vend. §. tertio loco, vers. & nota generale*, ubi voluit etiam Ioan. And. in sua addit. & idem voluit etiam Card. Alb. in *l. pacta nouissima, nu. 2. C. de pact.* ubi expresse vult, vltimum iuramentum attendendum esse, & idem dicit de aliis similibus. Hanc eandem conclusionem sequitur Bal. in *consilio 133. num. 1. volumine 1.* qui etiam loquitur de muliere iurante non alienare bona materna, nec patri alienanti consen-

tire, ut inquit primum iuramentum præualere. & ratio est, quia seruari potest sine dispendio salutis æternæ, secundum vero non, ut inquit idem tenere Ioan. And. in d. c. *licet mulieres, extra de iureiur.* Nec dicendum esse primum iuramentum clandestinū extitisse, vel aduersario captiosum, cum ex sciente præstitum sit, & intelligente & non contradicente. Præterea Salyc. in *d. l. duobus, §. item cum, ex hac. nu. 9. ff. de iureiur.* quærit, an ille *§. locum habeat in iuramento necessario*, quod in defectum probationis deferatur. Et tunc inquit, quod Guil de Cun. tenet contrarium, videlicet quod si à iudice sacramentū necessarium primo loco reo deferatur, & deinde actori, vel econtra, obseruandum sit vltimum, & vnam probationem aliam tollere, ut habetur in *l. scriptura. C. de fide instrum. & l. eos. ff. de fals.* & inquit Bal. moueri etiam auctoritate Bar. dicentis, quod si vnum ex dictis iuramentis sit voluntarium, aliud vero necessarium, tunc si vltimum sit voluntarium illi stetur: si vero necessarium sit vltimum, ei non esse standum, propterea quod non potest Iudex quæstionem de voluntate partium iam decisam reassumere, & in controuersiam reducere. Præterea Domin. à sancto Gemin. in d. c. *licet, num. 10. de iureiur. lib. 6.* infert ex glo. fin. notandum esse, quod ubi primum iuramentum est licitum, secundum quod illi repugnat non obligare, & de hoc tradit Bal. in *conf. 118. vol. 3.* Præterea Imola in d. c. *cum venissent, num. 22 extra de integ. rest.* hac de re inquit, videlicet Petr. & Abba. aliter distinguendo ita dicere de prælato loquentes: Aut prælatus in sua promotione iurat non alienare res vel iura beneficii: aut non iurauit. In primo casu si deinde alienat & iurat non contrahere, & tunc illud secundum iuramentum non tenet, cum sit contra primum licite & iure præstitum, ut habetur in cap. *intellecto, extra de iureiuran. & in c. licet mulieres, eo tit. lib. 6.* in secundo vero casu, quando scilicet iusiurandum non præstitit tempore promotionis: & tunc si etiam tempore alienationis non iurauit non contrahere, & tunc prædictis non obstantibus poterit ipsemet contrahere, prout in casu præcedenti ut habetur in cap. *si quis presbyterum, extra de rebus eccles. non alien. & c. quod si quis. 35. q. 9.* si vero tempore alienationis iurat non contrahere, ubi à principio in promotione nullum præstitit iusiurandum, & tunc procedit ille tex. propterea quod iuramenti causa repellitur à facultate vendicandi res alienas, & ita intelligunt illum tex. Quemadmodum autem contra hoc vltimum facit illud, quod habetur in dict. *c. si quis presbyterum, & in c. peruenit, il primo, extra de iureiur.* cum in contrarium detur casus iuxta vnum intellectum merito hac fortasse de causa dixit Hostiens. quod si aliter ecclesiæ consuli potest, iusiurandum seruandum esse, & ita inquit intelligi text. in dicto cap. *cum venissent, extra de institut.* alias secus, & ita intelligatur illud, quod habetur in dicto cap. *peruenit*, & idem etiam videtur ibidem voluisse Innocent. & ita videtur intelligi posse illud, quod habetur in cap. *sicut, extra de iureiur.* Præterea subdit Imola, Florianum ibi transire cum opinione Petri & Abbat. & ita videtur etiam sentire Petrum. Butrius autem ibidem inquit, hanc solutionem esse veram, & intelligit illam gl. velle quod si præiudici prælati est separabile à præiudicio ecclesiæ, ita

vt ex præiudicio prælati Ecclesiæ præiudicium non inferatur, & tunc iusiurandum seruandum sit quatenus præiudicat prælato, non autem Ecclesiæ. Vbi autem præiudicium Prælati separabile non est à præiudicio Ecclesiæ, & tunc iuramentum non præiudicat prælato, nedum Ecclesiæ, propterea quod tunc propter connexitatem præiudicii sine interitu salutis æternæ seruari non potest. Quando autem dicatur separabile præiudicium prælati à præiudicio ecclesiæ, declarare conatur: & inquit, quædam esse iura ecclesiæ, quæ in honoribus potius personalibus consistunt, vtputa præidentis Ecclesiæ, quam quod realem vtilitatem contineant, vt patet ex illis iuribus, de quibus d. cap. cum venissent. In illis enim præiudiciū prælati à præiudicio Ecclesiæ separatum est: quandoquidem, vt ipse arbitrat, potest prælatus non vti & vti, vt illi libuerit: & sic talis honos videtur multiplicabilis. Quædam vero sunt iura, quæ in fructu consistunt, vt sunt bona mobilia vel immobilia, & in illis secundum præiudicium prælati non est separabile à præiudicio ecclesiæ, propterea quod si fiat alienatio rei corporalis, non potest subsistere in præiudicium prælati, quin etiam in damnum ipsius Ecclesiæ conuertatur: nam prælato non repetente, Ecclesia non potest vti re, cum vsus rei sit indiuiduus, propterea quod eandem rem duo in solidum possidere non possunt. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. & l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. & cap. inter dilectos, extra de fide instrumen. & ideo eodem tempore Ecclesia & tertius, in quem alienata est, re ipsa alienata vti & frui non possunt. Cum igitur vsus rei corporalis alienatæ ad præiudiciū personæ prælati tantum referri ac restringi non possit, qui rem alienauit: merito in eo casu iuramentum obligatorium non est: secus tamen est in renunciatione, seu alienatione iurium: quia secundum eum licet Prælatus non vtatur, potest tamen Ecclesia vti, vt notatur in dicto cap. cum venissent, extra de institut. propterea quod talis honor talium iurium videtur ab ipso Prælato exerceri posse, ac etiam ab ipsa Ecclesia, & ideo inquit, quod si Prælatus, qui iurauit non contrauenire, vellet contrauenire repetendo dicta iura, tunc non auditur nisi repeteret determinando vsus ad honorem Ecclesiæ, non autem ad suum & suam personam, & ita intelligit illum tex. subdit tamen Imola ibidem, illam gloss. huiusmodi intellectum non habere, sed simpliciter dicere voluisse tale iuramentum prælato obesse debere, quatenus tangit vtilitatem ipsius prælati, & ideo non debeat audiri, licet Ecclesiæ non præiudicet. Vnde subdit Imo. teneri posse Petri distinctionem & Abbat. cum limitatione Hostien. propterea quod nisi etiã adfuisset persona, per quã alioquin Ecclesiæ consuli & prouideri posset, nec non etiam vtilitati ipsius prælati, ipse prælatus tunc audiri deberet, non obstante iuramento: secus tamen videtur, si adesset alia persona, per quam Ecclesiæ consuli posset, propterea quod ob iuramenti reuerentiam non posset tunc Prælatus contrafacere iuramento, vt videtur voluisse Innoc. in d. c. peruenit. & stantibus his non daretur differentia inter rei corporalis alienationem vel iurium Ecclesiæ, & si Butr. aliter dixerit, (vt ex supra dictis apparet) & ideo Imo. in d. c. veniens, nu. 2. extra de iureiur. notauit, quod à generali iuramento de parendo iuramento illud exceptum censeatur, quod

repugnat primo iuramento, & rursus dicit notandum secundum iuramentum non videri contra primum valere, sed contra præambulam promissionem, vt videtur probari dict. cap. veniens, secundum Innocent. quandoquidem ibi Pontifex fuit interrogatus promissionis: & tamen respondet solum de iuramento, ergo vt contrarium voluerit in promissione, argumento cap. nonne, extra de præsumption. dicendum videtur, & cap. qualis. 25. distinction. Subdit tamen Hostiensis ibi contrarium tenere, propterea quod licet Innocent. dicat quod vbi iuramentum repugnat promissioni præambulæ seruandum sit, & aliter de promisso satisfaciendum sit, attamen videtur, vt si promissio erat licita, cum ea etiam quo ad eum obliget, cum inter simplicem loquelam, & iuramentum Deus differentiam non faciat, cap. iuramenti, 22. quest. 5. videtur, vt iuramentum secundo loco præstitum non debeat trahi ad præiudicium talis promissionis: Nec etiam præsumendum videtur, quod iurando id senserit & id faciat; quia mandatum fieri non debet, per quod derogetur iuri alterius, cum Pontifex nolit mandata sua in alterius præiudicium extendi, cap. super eo extra de offic. delegat. Nec obstat, vt ipse inquit, dum inquit Innocent. promissum adimplere non teneri, cum inuito creditore aliud pro alio solui non possit. l. 2. ff. si cert. petat. Vnde est, vt talia mandata de mandatis licitis intelligenda sint, si fortasse quispiam mandatis alicuius stare iureiurando promiserit: Et ideo tandem concludere videtur Hostiens. quod licet Pontifex in d. cap. veniens, in fin. solum de iuramento loquatur, quando mandatum ei præiudicat: attamen idem dixisse intelligitur de licita promissione præambula, cum Deus non faciat differentiam inter iuramentum & simplicem loquelam, vt dixit. Verum subdit Imola Butri. ibidem hanc conclusionem concordare conari: Nam si prima promissio præcise obligabat, vtputa quia erat obligatio ad dandum, & tunc iuramentum illi non præiudicet, propterea quod de alio promissio adimpleri non potest creditore inuito: si vero promissio præcise non obligabat, vt cõtingit in obligationibus facti, vel si fortasse quispiam promiserit tradere rem, quo casu factum promittere intelligitur. l. si rem tradi. ff. de verb. obligat. & tunc iuramentum contrarium tali promissioni seruari debet. Vnde si prius promississet tradere rem Titio, & postea iurat illam dare Seio, iuramentum seruandum est, & ipsi Titio interesse soluere tenetur, cui præcise erat obligatus ad ipsum factum, sed poterat vel factum adimplere, vel soluere interesse, vt habetur in l. stipulationes non diuiduntur, versic. Celsus. ff. de verborum obligationibus. Secus vero si iurasset Titio tradere ipsam rem: nam tunc primum iuramentum seruandum est, & sic iuramentum obligaret præcise ad tradendum ob eius autoritatem, quia debet impleri si potest, sine interitu salutis æternæ, ac etiam quia habet in se clausulam, *omni meliori modo quo potest, valeat obligatio. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. secundo.* & notandum inquit memoriæ mandandum, quia ex hoc habes limitationem ad ea, quæ notantur in dicta lege *stipulationes non diuiduntur*, quatenus ibi dicitur, *quem præcise facti obligatione cogendum esse, vel non cogendum*: quandoquidem illud procedere videtur, nisi accesserit iuramentum,

vt notat glossa p. tua in l. si pecunia. ff. de condition. ob caus. Comprobatur id ex iis, quæ dixit Imola in dicta l. stipulationes non diuiduntur. & addendo subdit, quatenus voluit Imola posse etiam substineri opinionem Innocent. si præcedat promissio & obligatio dandi, propterea quod licet quis promiserit Titio dare librum, si deinde iuret eundem dare Seio, validior dicatur secunda obligatio ob iuramenti auctoritatem, & ideo seruandam esse, si fieri potest sine interitu salutis æternæ: & ideo si dando librum illum Seio iuramentum seruet, ita vt deinde vi iuramenti eum ab ipso redimere non possit, poterit Titio de libri pretio providere ea ratione, quod ad dandum præcise cogi non possit, ex quo apud eum non reperitur, & si ad dandum condemnatur. l. si seruum. §. fin. ff. de verborum obligat. In executione autem officii Iudicis de æstimatione satisfiet, cum res haberi non possit. Hæc autem procedunt, vbi iuramentum specificè contradicit, seu repugnat promissioni; cum autem iuramentum est generale, vt accidit in d. cap. veniens, fortasse procederet opinio Hostiensis, ita vt in dubio iuramentum contra promissionem licitam alteri factam, & præsertim quando præcise alteri fit, non procedat. Præterea hanc conclusionem sequitur Abbas in cap. intellectu. num. 8. extra de iureiur. & inquit communiter adduci illum text. ad hoc, quod alienatio contra iuramentum facta nõ tenet, etiam quod sit iurata, & est gloss. notabilis in d. e. licet. eod. tit. lib. 6. quæ per illum text. inquit, quod si mulier iurat non alienare bona dotalia sibi donata propter nuptias sine solemnitatibus à iure requisitis, si deinde alienet, & iuret non contravenire, huiusmodi alienationem non subsistere ob id quod vltimum iusiurandum primo licito contradicat ac repugnet, & licet opponat etiam ipse de text. in d. cap. sicut, extra de sponsal. vbi iuramentum contra iuramentum substinetur, & paulo ante diximus, quod valet alienatio, licet alienans incidat in periurium, & latius ibi per eum, qui respondendo obiectioni inquit: quandoq; actus dispositio pendet à mera voluntate seu facultate iurantis, & tunc obiectioni locum habet, & valet alienatio etiam non iurata contra iuramentum prius præstitum, licet iurans incidat in periurium. Quandoq; autem actus dispositio nõ pendet à mera facultate iurantis, vt puta quia à lege interdicitur favore ipsius iurantis. Exemplum ponunt de muliere & minore, vt habetur in d. c. cum contingat, extra de iureiuran. & in authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & tunc actus etiam iuratus contra primum iuramentum non valet, & ita inquit intelligere gloss. in d. cap. licet. Ratio autem est, quia actus sine iuramento erat ipso iure nullus legis prohibitione repugnante, & ratione iuramenti substineri non potest, quia iam se Deo obligauerat pro contrario: Vnde est vt secundum illicitum dicendum sit: Imo idem quoque, quando actus publicæ utilitatis causa prohibetur, dicendum est: nam in eo quoque casu secundum iuramentum contra primum non tenet, & id duplici quidem ratione. Primum, quia est illicitum cum primo licito repugnet. Secundum, quia tendit in præiudicium alterius, vt supra diximus, & hic est verus casus d. c. intellectu. Multas etiam alias quæstiones subdit Abb. quæ videntur pertinere ad quæstionem, (de qua supra late diximus,) vt scilicet iurans non alienare, nihi-

lominus alienare possit. Præterea de hac conclusione tradit iterum Abb. in dicto cap. cum venissent, num. 14. cum sequen. extra de instit. Sed de hoc supra dictum est. Item quod primum iuramentum in casu licito interposito secundo detoget, tradit Felin. in cap. cum M. Ferrarier. sis. versic. & pro hac fallentia, num. 79. extra de probat. & tradunt Scribentes in l. duobus. §. item Pomponius. ff. de iureiuran. qui dicunt, standum esse vltimo iuramento: Quod verum esse dicunt in iuramento litis decisorio: in iuramento autem contractus confirmatorio primo inhaerendum esse, vt dixit gloss. in d. c. licet, extra de iureiur. lib. 6. Subdit tamen Felin. in suo repertorio credere Doct. male dicere, si ita simpliciter intelligantur, & ideo inquit existimare, primum iuramentum si imper esse seruandum, dum modo licitum sit, & secundo præiudicare, vbiunque: b vna eademq; persona præstat, & ideo non putat distinguendum, an sit iuramentum litis decisorium, an vero contractus confirmatoriũ, propterea quod quæ primũ ab vno exiuit iusiurandum sine causa contrafacere iuramento iam præstito non potest: & ideo seruandũ est prout optime probat illa gloss. in d. c. licet, de iureiur. lib. 6. At si diuersi iurauerint, vt puta quia reus actori defert iuramentum, qui iurat sibi deberi, & deinde actor defert reo, qui pariter sibi deberi iurat, in tali casu censet dicta ipse form. Doct. procedere, de quibus late habetur in d. l. duobus. §. item Pomponius. & hoc declaratione illius gloss. in d. c. licet, dictum sit, Bart. vero in d. l. duobus. §. fin. num. 1. ff. de iureiuran. inquit iuramento posteriori etiam contrario standum esse, & quærit, an ille text. in quolibet iuramento locum habeat, & respondet Guiliel. de Cunio voluisse, vt in iuramento necessario locum non haberet, quando in defectum probationis defertur, vt habetur in l. admonendi. ff. de iureiuran. Quandoquidem illud tantum modo ad probationem inducitur, & ideo si prius iuramentum reo deferatur, & deinde actori, vel e contra, vna probatio aliam rolleret, vt l. scriptura. C. de fide instrumen. & l. eos. §. 1. ff. de fals. & it. rum inquit Bart. in dicta l. admonendi. Vnde distinguendo inquit, quod in iuramento voluntario & iudiciali vltimum præualeat, in necessario autem nequaquam. At si vnum sit necessarium, aliud vero voluntarium, & tunc si voluntariũ sit vltimum præualeat, vt habetur in dicto §. fin. secus vero si necessarium sit vltimum, propterea quod non potest iudex ex sua voluntate quæstionem de voluntate partium decisam tollere, vt supra diximus. dict. l. admonendi, in fin. Præterea Alexan. in d. l. duobus. §. fin. num. 1. ff. de iureiuran. idem etiam inquit procedere in vero iuramento litis decisorio, vt scilicet vltimo standum sit: secus vero in iuramento contractus confirmatorio, & sic in iuramento de futuro, (vt supra,) vt dixit gloss. in d. cap. licet mulieres, in gloss. fin. de iureiuran. lib. 6. quæ tenet primo iuramento standum esse, prout etiam dixit Barrol. & sequuntur alii in l. stipendium. C. de iure dot. & in l. si quis pro eo, in 3. membro. ff. de fideiussor. & Bartolus in l. is, cui bonus, in fin. ff. de verbor. obligat. & Specul. in tit. de emptio. & vendit. §. 3. versic. quid ergo, cum versic. seq. & notat Doct. in dicto cap. cum contingat, extra de iureiuran. & Imola in l. si extimatis. ff. soluto matrimonio. & in l. cum vir. ff. de v. capio. loquitur tamen gloss. in d. cap. licet, quando tam primum, quã secundum iusiurandum ab eodem præstat. In ipsa autem

l. duobus.

l. duobus. §. fin. quando vnum iuramentum ab vno est præstitum, e contra vero ab alio, & quamuis gloss. in dicto cap. *licet mulieres*, in terminis iuris magis communiter recepta sit, Bald. tamen in dicta *l. duobus. §. fin.* eam limitat, si primum iuramentum nudam non fuerit, sed alteri præstitum, vtputa ei cui iura cedebatur si iurans fundum alienet, quem antea non alienare iurauerat. Nam licet postea alienet, vtputa fundum dotalem cum iuramento de non contrahendo alienationi, vt habetur in dicto cap. *cum contingat*, eo iureiurando non obstante huiusmodi iuramentum non subsistet, nec contractum alienationis confirmabit, propterea quod iuri alteri quæsito ex primo iuramento deinde secundo derogare non potest, argumento *l. fin. ff. de pact.* & hæc procedunt, quando primum iuramentum fuit nudum, vtputa quia mulier habet fundum dotalem, & primum iuravit sibi ipsi non alienare. Nam tunc si secundum iuramentum deinde præstetur in alienationem, vtique præualere debet, argumento *l. si non repetendi. C. de condit. ob caus. & l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1.* Quatenus tamen pertinet ad illam limitationem, ratio consideranda videtur, in qua gloss. fundat suam conclusionem in dicto cap. *licet mulieres*, & ea inspecta ratione videtur Bald. sententiam non procedere. Quia tamen id, vt subdit Alexand. incidenter dictum est, merito ulterius non insitit, est tamen quædam additio ad Alexan. quæ incipit, *non discutio*, Bal. in consil. 127. quæ incipit, *quædam mulier*, quæ inquit illud, quod dicitur quod stetur primo iuramento, locum habet, & tunc procedat, cum secundus contrahens primi iuramenti notitiam habet, alias secus, & ratio est, quia esset in facultate mulieris contrahentes decipere, vt inquit Panor. in d. c. *dilecto. col. penult. extra de iureiuran.* Vbi satis expresse vult, vt quando dispositio pendet à mera voluntate disponentis, scilicet alienatio & si iuramento repugnet, & iurans in perjurium incidat subsistere debeat: secus vero esse si à mera iurantis voluntate non dependeat, prout iterum dixit Alexand. quem videas in consil. 16. *super volum. 1.* Nam ibi dicitur, quod si mulier iuret vendere fundum dotalem, si vendat ignoranti, subsistat tale iuramentum: secus vero si scienti, vt dixit Aret. *inst. quib. mod. alien. licet, vel non col. fin. in princip. & de hoc tradit Bald. in dicto consil. 128.* sed quia de hoc iuramento necessario magis dubitatur, an scilicet primum iuramentum tollat secundum, refert se ad ea, quæ dixit Guiliel. de Cunio cum quo transeunt Barr. in dicta *l. duobus. §. fin.* & magis communiter alii, excepto Angelo & Barr. qui intellexerunt eius opinionem tunc procedere, vbicumque in simul actori & reo delatum est iuramentum necessarium: quando quidem vnum aliud impedit. At si primum actori deferatur, qui se creditorem iuravit, & deinde reo, qui contrarium iureiurando dixerit, in eo casu primo iureiurando standum esse, & ratio est, quia actori ius perfecte quæsitum est, & eius probatio plena effecta est, & ideo amplius tale iuramentum reo deferri non potest, cum tunc solum deferatur, cum plene probatum non est. *l. in bona fidei. C. de iureiuran.* subdit tamen ibidem Alexand. quod licet sine causa deferri non debeat, id tamen iudicem facere posse, propterea quod sententia interlocutoria, qua dixit primum iuramentum reuocari posse, vt ha-

betur in *l. quod iussit. ff. de re iudic.* saltem in hoc casu accedente causa licere dicendum videtur, vt notauit Bartol. in *l. 1. §. fin. ff. de pretor. stipulat.* & ideo videndum est, an ex iusta causa reuocare possit, & respondet ibidem Alexand. quod licet sententia contra sententiam non valeat. *l. prima. C. quando prouoc.* & dictum etiam est in *l. nam & postea. §. si damnetur, supra eodem*: attamen iuramentum subsistere. Et Afflict. in cap. *vnico, in §. contra omnes, num. 8. in tit. hic finit. l. Conradi*, se refert ad ea (de quibus supra diximus.) subdit tamen quod si sint iuramenta duo contraria, illud quod honestum est, accipi debet etiam quod aliud præcesserit, argumento capitula *tua nos. extra de iureiuran.* & ideo cum multo honestius sit, vt vasallus potius domino auxilium afferat antiquiori contra nouum, quam econuerso, ex quo ei antea obligatus est: pariter etiam ei prius satisfacere debet, propterea quod illud in iure vulgatissimum est, quod prior in tempore, potior est in iure. *l. potior. ff. qui potior. in pignore habeantur.* ergo primum iuramentum tanquam honestius est seruandum. Præterea illam conclusionem, quod in terminis illius *l. duobus. §. fin. num. 2. ff. de iureiuran.* vltimum attendatur iuramentum, voluit Ias. *ibidem, num. 2. addendo text. in dicto cap. tua nos, extra de iureiuran.* idem quoque inquit esse in pactis. *l. pacta nouissima, cum gloss. C. de pact.* & idem quoque esse ait in contractibus. *l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. & est text. in l. prima. §. fin. ff. de stipulat. seruor. & in l. clari, & ibidem Baldus ad hoc notat. C. de fideicommiss. est præterea quo ad hoc animaduertendum ad illud, quod dixit idem Iason in *authent. sacramenta puberum, numero 61. C. si aduersus vendit.* quod licet regulariter standum videatur vltimo iuramento. *d. l. duobus. §. fin.* cum regulariter vltima derogent prioribus, *dict. l. pacta nouissima. C. de pact.* id tamen verum esse, nisi primum habeat clausulam derogatoriam, de qua supra late diximus. & dixit etiam Iason ibi dixisse. & in simili in *l. si quis, in princip. testamenti ff. de legat. 3.* Non est etiam omittendum, quatenus pertinet ad rem propositam, Bellameram in dicto cap. *ueniens, num. 4. cum multis sequentibus. extra de iureiuran.* quærere, quemadmodum secundum iuramentum si primo repugnet, vel promissioni non iurata seruandum sit, vt inquit Henric. ex præmissis ita distinguere: quia aut quæratur de iuramento primo iuramento secundo contrario, aut de hoc contrario primæ promissioni, sed non iurato. In primo casu inquit distinguendo, vt supra, quod aut primum iuramentum est licitum & honestum, & illud vtique seruandum est, non autem illud quod secundo loco iuratum fuit: Nam quam primum primo iurato licito repugnat, illicitum est, vt habetur in *d. cap. ueniens, extra de iureiuran.* & *d. cap. intellecto, in eod. tit.* Aut primum iuramentum non est licitum, & tunc secundum, si alias licitum sit, seruandum est, vt habetur in *d. cap. tua nos, & cap. ea te. §. cum igitur, extra de iureiuran.* & ratio est, quia tunc secundum non patitur aliquod impedimentum, quin de iure effectum sortiri possit. *cap. non præstat, derogul. iur. lib. 6. cum ibi deductio, argumento pro vtroque membro.* In secundo autem casu inquit, aut primum promissum non iuratum est illicitum, & tunc subsequens iuramentum, quod alioquin licitum est, seruari debet, argumento *dict. cap. tua nos, & dict. cap. ea te. §. cum igitur.* Aut primum promissum est li-*

citum, & in hoc casu est Doct. controuersia, videlicet inter Innoc. & Hostien. in d. cap. *ueniens*, quandoquidem inquit Innocen. quod si mandatum sub debito præstiti iuramenti priori promissioni iurata repugnet, iuramentum seruandum est vel promissionem ipsam adimplere, id quod satis colligitur ex dict. cap. *ueniens*, vbi dicitur priori iuramento, non autem priori promisso, & si in præcedenti de utroque mentionem fecisset, argumento c. *nonne, extra de præsumpt.* Hostien. vero contradicit, cum ad promissum adimplendum sit obligatus quo ad Deum, non secus ac si iurasset. cap. *iuramenti*, 22. *quæst. 5.* ergo de ipso non sensisse præsumitur, & ex consequenti iuramentum ad hoc non extenditur, tum etiam quia tertio, cui est facta promissio, præiudicaretur: quod sane permissum non est. cap. *super eo, extra de officio delegati.* Ad illud autem quod supra ex Innocen. diximus, respondet quod debet de promisso aliter satisfacere per text. in l. 2. §. *mutui. ff. si certi petat.* Vbi dicitur, aliud pro alio inuito creditore solui non posse, id aliquando omnino verum esse, vtpote exempli gratia, si quispiam mulierem aliquam in uxorem ducere promiserit, nam si deinde iurasset aliam ducere, nihilominus primam fidem seruare debere: iuramentum namque non est vinculum iniquitatis cap. *quanto, extra de iureiuran.* & ideo cum quis iurat stare mandatis, de iustis possibilibus & honestis intelligitur. cap. *fin. extra de pac.* secundum eum, eius autem opinio vera dici potest in casu, in quo primum promissum non iuratum non posset sine læsione alterius specificæ & formaliter impleri, vt in exemplo præmissio de eo, qui promissit aliquam in uxorem ducere, vel si quispiam promiserit alicui ipsum à carceribus liberare, vel ab excommunicatione, qua tenebatur, & deinde contrarium iurat. Opinio autem Innocen. intelligi potest in casu, in quo promissum non iuratum formaliter non impleri posset, vel specificæ sine alterius læsione, vtpote exempli gratia, si aliquis promissit Titio scolario. modios segetum ad suas munitiones in loco studii, puta Parisiis, vel Bononiæ, aut Patauii faciendas, & deinde iurauerit illos 10. modios dare pauperibus, vel alicui alteri pauperi, & ideo si ille Titius scolaris deberet à Parisiis recedere, in eo casu si ille qui ita promissit pretium illarum segetum reddiderit, debet iure optimo liberari, ex quo amplius Titii scolaris segetes illas habere nõ interest: & ideo tunc illud quod secundo loco iuratum est, adimpleri potest, si vero vtrunque sit licitum, videretur primum seruandum, vt habetur in dicto cap. *ueniens*, & cap. *ea te*, & cap. *intellecto, extra de iureiuran.* Illud tamen animaduertendum est, quod iura illico supra relata loquuntur de duobus iuratis, quorum secundus primo repugnat. Vnde respondendo huic obiectioni inquit, quod si contrarietas est inexcusabilis, seruandum esse vltimum iuramentum, cum legum & statutorum proprium & peculiare sit priora posterioribus corrigi. cap. *extra de constitut. cum concordantibus*, id quod verum est, quando talia statuta æqualis authoritatis sunt: si autem de hoc dubitetur, quid nam fuerit prius, scripturæ ordo seruetur. cap. *penult. de electione, libro sexto.* Socinus autem in l. *si mihi & tibi. §. legatis, numero 11. ff. de legat. 1.* inquit, quod si in secundo testamento appositum sit iuramentum tollit primum, ea ratione quod iuramentum ha-

bet vim clausulæ derogatoriæ, vt ibi, & nos supra de hoc late diximus. Animaduertendum tamen est, quod in casu Socini non aderat iuramentum in primo, & ideo ad rem nostram facere non videtur, & præsertim ex primo capite prohibitio non adest. Antonius autem de Petrutia in l. *prima, num. 134. ff. de iureiuran.* in his terminis inquit, quod si minor prius iuret quendam contractum non facere, in eo tamen casu licet alias regulariter vltima prioribus derogent. d. l. *pacis nouissima. C. de pact. & §. posteriori, institut. quibus modis testam. infirm. & dict. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. primo.* si tamen deinde alium contractum faciat, & iuret, &c. ex hoc secundo iuramento talem contractum non confirmari, nec conualidari, ex quo primum iuramentum licitum vincat & impediatur secundum, vt voluit gloss. in dicto cap. *licet*, quam tribus modis limitat Alexand. in consil. 16. *ponderatis, volum. 3.* Quibus quartam addit Petrutia in dicta l. *prima, numero 135.* vtpote, si quis iuret contrahere matrimonium & deinde iure ingredi religionem, quod nam in eo casu valeat & teneat, & inquit in tali casu secundum fauorem religionis præferendum esse arbitrari, vt dixit Vincentius in cap. *ex publico, extra de conuers. coningat.* & refert & sequitur Specul. in tit. *in fin.* dicit tamen eius dictum esse temperandum, nisi secundum esset litis decisiuum delatum à parte parti: tunc enim secundo iuramento standum est. d. l. *duobus. §. fin. & ibi tradunt Doct. ff. de iureiuran.* Sexto limitat in iuramento necessario, quod defertur à iudice in defectum plenæ probationis, nam si iudex primum detulit vni, adhuc deinde ex causa aduersario deferre, & secundum est, & ita inquit voluisse Angel. & Alex. in d. l. *duobus. §. fin.* subdit præterea ibidem Petrutia septimo temperandum esse in eo, qui iurauit non releuare secretum aliis, (de quibus supra late dictum est,) dum attingimus, an iurans aliquid non facere, si deinde faciat, actus valeat. Præterea conclusionem supra firmatam pluribus autoritatibus sequitur Dominicus à sancto Geminiano in consil. 83. *num. 9.* dum vult, vt primum iuramentum primum præstitum à Prælato de non alienando bona Ecclesiæ, tollat secundum super contractu alienationis appositum, si iurauit alienationi non contrahere. Præterea hanc opinionem, quod primum iuramentum secundum impediatur, tenet etiam Guido Papæ in consil. 166. *num. 1.* & loquitur de quodam mercatore, qui eum iuramento bancum suum tradidit alteri, & deinde alteri alienauit pariter cum iuramento, & mouetur ea ratione, quod iuramentum secundum contra primum licitum non ligat, vt ipse ibidem latius prosequitur.

C A P. CCCLV.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum conualidando partum, an conualidet in præiudicium tertii.

S U M M A R I A :

- 1 Iuramentum aliquid non confirmat, nisi in præiudicium iurantis, non autem tertii.
- 2 Iuramentum non operatur in præiudicium tertii.
- 3 Iuramentum præstitum inter aliquos, aliis non obest.
- 4 Iuramentum & sententia æquiparantur.

5 Instru-

- 5 Instrumentum confessionatum licet habeat executionem paratam, intelligitur tamen ad instantiam stipulatoris principalis, non autem tertii.
- 6 Instrumentum licet vi statuti habeat executionem paratam, intelligitur tamen ad instantiam creditoris, non autem tertii, etiam quod eius interfuit.
- 7 Iuramentum non conualidat transactionem inualidam factam a syndicis.
- 8 Iuramentum nunquam confirmat actum nullum ex defectu potestatis in præiudicium tertii.
- 9 Iuramentum non confirmat contractum, qui vitiatur odio alterius quam iurantis.
- 10 Iurando quantumvis non potest iurans de alieno dispensare.
- 11 Iuramentum non trahitur ad casum illicitum expressum.
- 12 Iuramentum donatoris non impedit reuocationem donationis superuenientibus filiis ipsi donatori.
- 13 Iuramento actum confirmari, quando dicatur.
- 14 Maritus qui iurauit non accusare uxorem de adultério, ob iuramentum repellitur.

Prosequendo ordinem propositum Cæpolla in tractatu cautel. in titulo de vsucapio. pro donato, in § irritam, numero 29. inquit † iuramentū quicquam non confirmare, vel conualidare, nisi in præiudicium iurantis, non autem tertii. cap. quamuis, de pact. in 6. & d. cap. licet mulieres, eodem tit. & lib. & ita tenet Bart. in dicta l. Titia. § Imperator. in d. versic. Quid si mater & pater, qui donauit ff. de legat. 2. & idem tenet Baldus in l. i. col. fin. ff. de inoffic. donat. qui dicit in hoc casu relaxatione à iuramento opus non esse. Hanc præterea conclusionem sequitur etiam Aymon Crauetta in consil. 229. num. 7. vbi inquit generaliter

- 2 verum esse iuramentum † in tertii præiudiciū non operari, cuius fauore aliquid inducitur, sed ipsius iurantis tantum. cap. sicut, & in cap. intellecto, extra de iureiur. & tradit. Bart. in d. l. Titia. § Imperator. ff. de leg. 2. & Bald. in l. i. C. de inoffic. donat. & idem voluit Paris. in consil. 72. num. 17. volum. 1. vbi expresse dicit contractum iureiurando non confirmari in dispendium & damnum alterius. Præterea idem tenet Thom. Grammat. in consil. 55. num. 7. vbi inquit, nullo modo iuramentum obfatare, † propterea quod inter aliquos præstitum aliis non obest, neque prodest. l. 3. ff. de iureiuran. & l. i. C. si mulier ventr. nom. in possess. mittat. & id ea ratione, quod certum sit iuramentum † & sententiam æquiparari. l. sed si possessori. §. final. ff. de iureiuran. cum vulgaribus. & supra late diximus: & tamen sententia inter duos lita aliis non præiudicat. l. sepe. ff. de re iudic. Pariter etiam dici solet, rem inter alios actam aliis præiudicium non adferre. Vnde etiam est, † quod licet instrumentum confessionatum executionem paratam habeat, id tamen intelligendum est ad instantiam & commodum stipulatoris principalis, & sic promissoris creditoris, non autem tertii, etiam quod sua interfuit: & ita dixit Iason in l. secunda, colum. final. ff. de iureiurando. pro quo faciunt ea, qua dixit Baldus in dicta l. si pro te. C. de dotis promission. dum inquit, quod licet ex forma statuti instrumentum habeat executionem paratam, † id tamen ad instantiam creditoris intelligendum esse, non au-

tem tertii, etiam quod eius interfuit. Item Alciatus in consilio centesimo sexagesimo septimo, numero octauo, loquens de transactione † inualida facta a syndicis, inquit iuramento non confirmari, & inter alia, quia iuramentum † nunquam confirmat actum nullum ex defectu potestatis in præiudicium tertii, vt habetur in capitulo cum contingat, extra de iureiurando. Præterea Corneus in consilio ducentesimo quinquagesimo secundo, numero quarto, volumine quarto, inquit, quod si contractus vitietur odio alterius quam iurantis, iuramentum non corroborat contractum licet obliget. capitu. significante, extra de pignor. & notant communiter Doctores in dicto capitulo cum contingat, extra de iureiurando. & in dicta l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & in dicta authent. sacramenta puerum. C. si aduers. vendition. & idem tenet Salycet. in dicta authent. sacramenta puerum, in vltimis verbis. vbi relatis opinionibus in hac opinione vndique allatis, & vltimo loco reiecta Baldi opinione, subdit putare quod vbi statutum annullat contractum & iuramentum, statutum subsistere. l. non dubium. C. de legibus. vt ibidem latius ipse prosequitur, ad quem me breuitatis causa refero, & iterum idem Corneus in consilio centesimo quarto, numero septimo, volumine secundo, inquit, † iuramentum quod in alterius præiudicium tendit, contractum non confirmare. dicto capitulo cum contingat, à contrario sensu, arguendo: & in dicto capitulo quamuis, in fine. de iureiurando, lib. 6. Nec contrarium suadet illa ratio, quod iuramentum deroget iuri in fauorem tertii introducto. Iterum etiam idem dicit Corneus in consilio ducentesimo vigesimo quarto, numero quarto, volumine tertio, iuramentum in præiudicium tertii non operari ob id quod nemo dat qui non habet. l. nemo plus iuris. ff. de regulis iuris. quandoquidem alioquin tunc iuramentum esset vinculum iniquitatis, quod quidem nullo modo esse debet. capitu. & si Christus, extra de iureiurando. Vnde est, vt quis de meo etiam quod † millies iurauerit, disponere non possit, nec dispositionem, si quam aliquando fecerit obseruandam esse. Præterea idem Corneus in consilio centesimo septuagesimo nono, volumine quarto, inquit, quod quando contractus reprobat alterius odio ex ipsis contrahentibus, iuramentum contractum non confirmat, & si ipsum obliget iurantem. dict. capitu. significante, extra de pignor. & capitu. primo. & capitulo debitores, extra de iureiurando. & notat Bartolus in dicta l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & cum eo concordant communiter Doctores omnes in dictis iuribus, & in dicto capitulo cum contingat, extra de iureiurando vbi latius ipsi prosequuntur. & rursus idem Corneus in consilio centesimo trigesimo quinto, numero quarto, volumine secundo, pariter concludit, vt contractus nullus alterius odio iuramento non confirmetur. dicto capitulo significante, & habetur in cap. 1. & in cap. debitores, extra de vsur. & tradit Bart. & Angel. in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & Butr. & Imola in d. cap. cum contingat, & communiter tenetur. Item & rursus Corneus in consilio 102. numero 8. volum. 1. itidem vult, vt iuramentum † ad casum illicitum non trahatur, & præsertim si sit expressus in odium iurantis vel alterius. Præterea Socin. iun. in consil. 69. num. 40. volum. 1. inquit iuramentum in quocunque casu præstitum, quod tendit in præiudicium alterius quam iurantis, seruandum non esse, & nihil operari. dict. cap. 2. de pact. lib. 6. Præterea quod iuramentum

mentum non conualidet actum in præiudicium tertii, voluit etiam Socin. senior in *consil. 116. num. 3. vol. 1.* & iterum idem Socinus senior in *l. ait prætor, la 1. num. 5. ff. de iureiuran.* & Alexand. in *d. consil. 116. num. 8. vol. 3.* inquit iuramentum mulierem non ligare in præiudicium tertii, si illud probabiliter ignoret, argumento. *l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & in cap. veniens, extra de transact.* & iterum Alexand. in *consil. 55. num. 7. vol. 1.* vbi expresse firmat, quod vbi agitur de præiudicio tertii, iuramentum non releuat. Item quod iuramentum non subsistat in præiudicium tertii, firmat etiam Curt. iun. in *consil. 165. num. 26. Item Aug. Berous in consil. 52. num. 3. vol. 1.* inquit, quod vbi cumq; actus reuocatur, seu vitatur, in fauorem iurantis, ita iuramento firmeretur, vt propter reatum peritiam contrauenire non posset: secus vero si in eius odium reuocetur & infirmetur, quia suo iuramento non obstante contrauenire potest, vt declarat Alex. in *d. auth. sacramenta puerum, & refert & sequitur Lud. Bologni. in consil. 45.* Item quod iuramentum non firmet actum vel contractum, tenet etiam Lambett. in tract. iuris patron. in *3. part. lib. 2. art. 9. num. 16.* & dicit, quod glof. fin. in *d. quamuis, de pact. lib. 6.* intelligitur in præiudicium tertii principaliter, non autem secundario, vt ibidem late per eum. & ideo dixit Bart. in *d. l. Titia. §. Imperator, in fin. ff. de leg. 2.* iuramentum ꝑ donatoris reuocationem donationis non impedire, filiis superuenientibus ipsi donatori, vt de hoc suo loco satis late diximus. Prædictis Augustinus Berous in rub. *extra de prescript. num. 78.* ait pactum nunquam iureiurando in præiudicium tertii confirmari principaliter, cum iuramentum iurantibus tantummodo præiudicet, non autem tertio, *d. cap. cum contingat, extra de iureiuran. & tradit Salyc. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. & tradit Bald. in l. 1. col. 4. C. de inoffic. donat. & Alexand. in d. l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2.* addendo etiam, quod vbi cumque illud, quod in odium alicuius est inductum, iuramento confirmatur, non dicitur ꝑ vere iureiurando confirmari, sed remanere inualidum, vt erat antea, vt habetur in *d. cap. significante.* Præterea Dominicus à sancto Geminiano in *d. cap. quamuis, num. 3. & 4. de pact. lib. 6.* primum notat iuramentum in præiudicium tertii non obligare, prout etiam tenet Ioan. Maria. Riminald. in *consil. 425. num. 17. vol. 3. & sequitur Cephal. in consil. 101. num. 39. volum. 1.* inquit, quod quotiescunque id, super quo fuit iuratum in præiudicium tertii, illius est naturæ, vt ius tertii ab alio conseruari possit, licet iurans non audiatur, & tunc iuramentum seruandum est, quatenus iurantis præiudicium respicit. Pro hac conclusione inquit esse optimum text. in *cap. quemadmodum, versic. sed num. 4. quid, extra de iureiuran.* Vbi apparet maritum ꝑ qui iurauit vxorem suam de adulterio non accusare ob ipsum iusurandum repelli, licet talis promissio nõ accusandi non solum præiudicium paciscentis, sed etiam publicum contineat, & ex consequenti præiudicium tertii, id quod ita ostenditur. Pactum simplex sine iuramento eum, qui vult accusare, non repellit, vt clare declarat Bart. in *l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulter. & in l. transgigere. C. de transact. vbi est casus, & tamen propter iuramentum iurans excluditur. Et ratio est, quia licet ipse non possit accusare, potest tamen alius.*

C A P. CCCXLI.

Argumentum est in Summariis.

S U M M A R I V M.

1. Iuramentum de matrimonio contrahendo post votum castitatis est illicitum, & iuramentum non obligat.
2. Iuramentum vi extortum de aliqua muliere, in vxorem ducenda, non obligat.

Prædictis etiam addendum est, quod ꝑ iuramentum de matrimonio contrahendo post votum castitatis emissum, illicitum est, & ideo iuramentum nõ obligat, vt inquit Didac. Couar. in *1. par. relect. §. 6. de pact. nu. 8.* & ideo inquit de iuramento vxorẽ ducendi intelligendum non esse: siquidem hoc iusurandum post votum castitatis præstitum omnino seruari prohibetur: nam voto castitatis repugnat, & ad voti ipsius violationem tendit. Sed intelligendum est de iuramento habendi & tractandi, vt vxorem eam, quam iam in vxorem acceperat, etiã post simplex votum, & ideo inquit hanc controuersiam duas parere conclusiones, quarum prima est, vt iusurandum post votum castitatis præstitum de accipiẽdo aliquam fœminam in vxorem per verba de futuro, & tunc iuramentum non obligare, nec seruandum esse: quinimõ potius illicitum esse, ita vt si seruetur, mortale crimen committatur. Secunda vero conclusio est, vt iuramentum post votum castitatis exponatur de habenda fœmina in vxorem matrimonio cum ea contracto per verba perfecti conjugii consensum significantia, & tunc seruandum esse quo ad debiti conjugalis redditionem, licet incaute & illicite ante matrimonii contractum præstitum sit, & teneatur iurans religionem aliquam ante conjugii consummationem ingredi ac profiteri, & sic declarat illud dictum Gratiani in *cap. fin. 22. quæst. 4.* Præterea Angel. de Vbal. iunior in *consil. 43. num. 3. vol. 1. in vol. consil. matrimon. diuers.* inquit iuramentum ꝑ vi extortum de aliqua in vxorem ducenda, non obligare. Nam talis iuramenti extractio insolita metus præsumptionem arguit, doliue illiciti, de quo supra suo loco late diximus, & notat glof. in *l. si quis sub conditione. ff. de condict. indebit. & Menochius in consil. 84. num. 30. vol. 1. per text. in cap. quemadmodum, extra de iureiuran.* inquit, quod vbi quis iurat ducturum se aliquam in vxorem, intelligi debet, nisi deinde fornicationem commiserit, cum natura huius promissionis sponsaliorum sit, dummodo non fornicetur. Præterea & Hostiensis in rubric. *qui cleric. vel vouen. matrimon. contrabe. poss. num. 6.* dixit, quod si quispiam iuret quampiam in vxorem ducere, & deinde simpliciter voueat se perpetuam continentiam esse seruaturum, inquit præualere iuramentum, quod votum præcessit, vt dixit Gofred. in *cap. commissum, extra de sponsal. vbi accidit in duobus iuramentis contrariis: Nam tunc primum præualet, ex quo vtrunque licitum est, vt habetur in §. quod comites, versic. item si duo. ff. de iureiuran. & ideo si post datam fidem de contrahendo, votum emittatur à muliere, quia non vnde quaque obligatorium est viro, cui iuratum fuit matrimonium contrahere datur licentia mulieri contrahendi, c. veniens, extra de iureiuran. Item Spec. lib. 4. de conuers. coniuga. num. 5. inquit iurante aliquo cum aliqua contrahere, si deinde iuret ingredi religio-*

nem. Vincent. notare, in cap. ex publico, extra eodem, secundum iuramentum præualere, & Abb. in cap. commissum, num. 1. extra de sponsalib. ait, quod ille qui iuravit contrahere cum aliqua, si velit ingredi religionem, primum ad hoc vt iuramentum seruet contrahere debet, & deinde ante copulam carnalem monasterium ingredi.

C A P. CCCLXI.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum de nubendo vel non nubendo, an & quatenus obliget.

S Y M M A R I A.

- 1 Iuramentum ad nubendum cogit neminem.
- 2 Libertus, qui patitur iurare libertam, quod non nubet, eam compellere videtur.
- 3 Iurans sponte matrimonium non contrahere, non obstante iuramento contrahere potest.
- 4 Patronus si cogat libertam iurare quod ei nubet, non punitur nisi in fraudem legis faciat.
- 5 Lex remittit iuramentum, si iuret non contrahere matrimonium.
- 6 Iuramentum de non nubendo præstitum, intelligitur de nuptiis illicitis.
- 7 Lex Iulia de marit. ordin. quomodo procedat.
- 8 Iuri nubendi renunciari non potest.
- 9 Damnatos ad mortem, quibusdam in locis consuevit liberari, si à mulierib. petatur in maritos sibi dari.
- 10 Vxorem ducens mulierem meretricem, plenariam consequitur peccatorum suorum indulgentiam.
- 11 Foro conscientie verba vel facta non ligant, libero non interueniente consensu.
- 12 Pœna in matrimoniis induci non debent.
- 13 Edicta prætorum, & iudicia sapientum, elusoria esse non debent.
- 14 Raptor mulieris, si eam in matrimonium ducat, pœnam mortis euadit.
- 15 Meretricem in vxorem ducere, pium est, & inter opera charitatis.
- 16 Matrimonium inter illos esse potest, inter quos per verba de presenti potest esse mutuus consensus.
- 17 Stuprum, nec adulterium punibile cum meretrice committitur.
- 18 Text. in c. Dominus. 21. Leuitici declaratur.
- 19 Sacerdos maximus, quare teneretur ducere in vxorem virginem, & non posset accipere meretricem & corruptam.
- 20 Sacerdos maximus, quibus vestibus indui deberet.
- 21 Filia sacerdotis maximi, si in stupro deprehendebatur ob id quod nomen patris violaret, flammis exurebatur.
- 22 Meretrix, quando in vxorem duci posset.
- 23 Concubinarius non potest in episcopum eligi, nec diuina ministrare.
- 24 Meretricem ducens in vxorem, in episcopum eligi non potest, nec diuina ministrare.

OMittendum sane non est illud, quod ad propositum nostrum adnotauit Guiliel. Benedic. in c. Rainutius, in 3. parte, in versic. qui cum alia matrimonium contraxit, nu. 45. extra de testam. dum inquit, ¶ neminem ad nubendum iuramento adstringi & cõpelli posse, etiam q̄ sit libertus vel liberta, & ideo huiusmodi iusiurandũ non subsistere. l. adigere ff. de iure patron. & facit text. in c. clericos, extra de cohabitatio.

cler. & mulier. Et ideo dixit Alb. de Rosate in rub. ff. de iure patrona. n. 1. ¶ q̄ libertus, qui patitur iurare libertam, quod non nubet, eam compellere dicendum esse. d. l. adigere. ff. de iure patrona. Quinimo ¶ si quis sponte iuret, quod matrimonium non cõtrahat, potest illud iuramento non obstante contrahere. ¶ Quinimo inquit, quod si patronus cogat libertam iurare, quod secum nubet, non punitur, nisi id faciat in fraudem legis. d. l. adigere. §. si patronus. ¶ lex enim remittit tale iuramentum, quo quis iurat matrimonium non contrahere, vt habetur in eadem. l. §. fina. An autem de iure canonico iurans matrimonium non contrahere, nihilominus contrahere possit, ibidem habetur. & ideo dixit ibidem Guiliel. Benedic. si tale iuramentum de non nubendo præstetur, de nuptiis illicitis intelligendum esse, vt dixit gl. in c. veniens, extra de iureiuran. & facit text. in l. adoptiuum. §. patronum, versic. sed & si. ff. de in ius vocan. Patronus autem huiusmodi iuramentum extorquens, punitur pœna legis ¶ Iulie de marit. ordin. 7 quæ quidem remittendi iuramenti vim obtinet apostolicam, vt dixit gl. in d. l. adigere. Id autem in eo casu limitatur, ita iurantes ad matrimonium inhabiles essent, vt pura castratus vel castrata, vt ibi habetur: & ibi in §. quamuis. ¶ Nam huic iuri nubendi renuciari potest. l. ius publicum ff. de pact. Quinimo puniebantur celibatum colentes, vt supra eodem in loco dixit Guiliel. ipse. Huic autem iuri nubendi ab eo fauendum est, vt ¶ vt in aliquibus locis consueuerit damnatos ad mortem liberari, si à mulieribus in maritos petantur, vt refert Masuerus in tit. de pœnis. §. item in aliquibus partibus seruatur, &c. & præsertim si ab illis fœminis damnati ad mortem petantur in maritos, quæ à peccato ad frugem melioris vitæ reducerentur, vt deinde honeste viuerent cum eodem viro: quando quidem cum eximès à peccato mulierem plenariam ¶ consequatur peccatorum suorum indulgentiam, cap. inter opera, extra de sponsal. patiter etiam vt pœna mortis remitti possit dicendum videtur in foro contentioso. Verum Guiliel. hanc conclusionem de iure non subsistere arbitratur, & ea ratione mouetur, quod daretur delinquendi occasio sub illa spe quam facillime mortem euadendi. Comprobat id ex eo quod ob coniugium iam consummatum conseruandum delinquentes coniugati pœnam criminum peccatorum non cuitant, & ideo multo minus eam euitare propter matrimonium contrahendũ dicendum videtur, cum facilius impediatur quam dissoluatur iam contractum. Confirmat propterea ex eo quod consequeretur, vt ipse inquit, vnum, quod esset exemplo perniciosissimum ac periculofum, propterea quod sæpe ipsi ad mortem damnati non libere, sed coacte timore pœnæ talia matrimonia cum sibi ignotis & minus dilectis contraherent, & ita mulier cum in matrimonio non sufficiat consensus, nisi omnino sit liber, cap. cum locum, extra de sponsalibus. & ideo illi qui liberationem consequuti essent vxores dimitterent, ex quo in foro conscientie adstricti non essent, vt late habetur in capit. is, qui fidem, eodem titulo. vbi in foro conscientie ¶ verba & facta non ligant, libero non interueniente consensu & voluntate. Vnde etiam est, quod pœnæ ¶ in matrimoniis induci non debent. l. Titia. ff. de verborum obligatio. & capit. Gemma, extra de sponsalibus. Quibus consideratis tales in

mattimonio metu pœnæ contracto non perseuerant, ac etiam quia fortasse generi suo & statui non conueniant, propterea quod vix aut nunquam nobiles fœminæ vel aliæ matronæ honeste talibus damnatis, licet de domo excelsa forent, facile nubent, sed solum humiles seu meretrices, quibus illico Psalmum cantantes, laqueus contritus est, & nos liberati sumus, discederent easque penitus repudiarent seu ab eis diuerterent. Vnde tali exorbitanti modo pœnæ ac iustitiæ & matrimoniū quam facillime illuderentur, nec non etiam & ecclesiæ sacramentum contra ea, quæ habentur in *l. si pater*.

13 ff. de iudic. Vbi edicta prætorum & iudicia sapientum delusoria esse non debent. Subdit tamen ibidem Guliel. existimare, vt in vno casu prætextu matrimoni pœna mortis euitari possit, & ita limitetur eius præcedens conclusio, videlicet ¶ vbi quis ob raptum alicuius mulieris puniendus esset & mulier raptam cum eo contrahere vellet: Nam in eo casu, vt huiusmodi matrimonium fiat, & ob id raptor mortem euitet, dicendum est, vt dixit Paul. Castr. in *l. raptos. C. de episcop. & cleric.* inquit in hoc casu ius canonicum mitigare posse pœnam l. ciuilibis, & illius rigorem, & ita inquit alias consuluisse, & quempiam ita damnatum liberasse, & inquit facere ad hoc text. in *cap. penult. & in cap. fina. extra de raptis*. Subdit autem Bermondus Coueronius in suo tract. de public. concubinis, in *cap. vxorem ducat, num. 7.*

14 ¶ pium esse & inter opera charitatis reputari, meretricem quæ vult se corrigere in vxorem ducere, & ideo Clementem Papam III. statuisse, vt quicumque publicas meretrices de lupanari extraxerint, & eas in vxores duxerint, eis prodelle remissionem peccatorum, *c. inter opera charitatis de sponsal. & matrim.*

Ratio autem ea esse potest, quod inter illos

16 potest esse matrimonium, ¶ inter quos per verba de præsentis mutuus consensus esse potest. sed sic est, quod hic consensus inter virum & meretricem esse potest: Ergo? Id ex eo patet, quod non reperitur iure cautum, quod meretricium mulieri proprium consensum auferat. Nam non obstante meretricio sui corporis potestatem habet, nec ob illud alicui obligata est, ita vt nec stuprum, ¶ nec adulterium punibile committatur cum meretrice, quæ publico meretricio est prostituta. *l. fina. C. de adult. & ideo inter eos laudabile est matrimonium. Vnde Oze. Propheta mandato Domini vno coro hordei, & quidem cum argenteis & dimidio coro tritici emit sibi meretricem, quam postea in vxorem duxit, cap. integritas corporis, 32. quest. 1. & 3. Dixit Dominus Ozeæ, vade & sume tibi vxorem fornicationis, vt legitur Ozeæ cap. 1. & 3. Ergo pium est, meretricem in vxorem ducere: nec qui eam ducit, reprehendendus est, sed pius commendandus. cap. non est culpandus, 32. quest. 1. ¶ Nec obstat, quod habeatur in contrarium Leuitici, 31. cap. vbi dominus loquens Moyse ait, Virginem ducit vxorem, viduam autem & repudiatam & sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo. & ideo videatur potius impium esse meretricem ducere, ex quo expresse à Deo prohibitum apparet. Nam ad hoc obiectum responderetur, illum textum in Pontifice intelligendum esse, hoc est in sacerdote ¶ maximo, qui tales corruptas mulieres in vxores accipere prohibentur, sed tantummodo*

virgines his rationibus. Et primum, quia super caput eius infusum fuit oleum vnctionis: Secundo, quia eius manus in sacerdotio consecrata fuerunt: Tertio, quia ille maximus sacerdos ¶ erat, vel saltem esse debebat vestitus sacris ac sanctis vestibus, & talis honestas in eius matrimonio requirebatur, vt si filia ¶ talis sacerdotis in stupro deprehendetur, nomen patris sui violaret & flammis exuretur.

Antequam igitur ad limitationes descendamus, animaduertendum est, quod ultra ea quæ supra obiecta sunt, videtur illa conclusio quod pium sit meretricem in vxorem ducere ex eo satis dubitabilis reddi, quod posset fortasse peccatum cõtinuum inducere: Etenim dubium non est, copulam illicitam etiam cum meretrice dicendam esse, quæ tamen copula affinitatem parit, licet illicita sit, & ideo posset facillime accideret, vt eam in vxorem duceret, cum qua esset contracta affinitas inter eam & plures eius cõiunctos, & sic esset matrimonium contractum cum coniuncta, & ex consequenti in gradu prohibito, sed hæc comproba iuribus & aliis rationibus, vt clarius appareat, prout ego alias in facto habui, cum quidam nobilis quandam meretricem in vxorem duxisset.

Quandocumque autem sit, prædicta conclusio pluribus modis declaratur, & primum, vt procedat & locum habeat, quando est aliqua spes, quæ prædicta meretrix corrigatur: ¶ ea namque tunc licite in vxorem duci potest, vt habetur in *cap. significasti, extra de eo, qui duxit in vxorem eam, quam polluit per adulter.* At secus, si non sit spes correctionis: Nam in eo casu fatuus iudicandus esset ille, qui talem meretricem in vxorem duceret: se enim oblicere debet, alias patronus turpitudinis diceretur, *cap. sicut crudelis, 3. quest. 1.* Secundo limitatur, quando ducit meretricem ea intentione meretricii, vt ad bonum matrimonii reducat, & sic laudabile misericordię opus faciat, talem meretricem à peccato reuocans: si enim quis meretricem in vxorem ducat, vt meretricetur, & de acquisitis per meretricium & adulterium viuat, lucrique particeps fiat, prout de concubinis sacerdotum dicitur & videtur, vtique tales sub consilio Apostoli non continentur: imo in hoc casu grauiter peccat & matrimonio abutitur, & sic tria graua committit.

Primum est, quod eam ad fidem frangendam inducit, secundo operatur contra bonum proles, tertio sacramentum violat, quia non manent duo in carne vna, sed in carne plurium descendatur: & ideo grauiter peccat maritus, qui meretricio vxoris consentit, & eam curat adulterari.

Tertio prædicta decisio non procedit in adultera, quia de iure publicæ adulteram ducere non licet, vt habetur *per totum, trigesima prima, questio prima.*

Vltimo loco animaduertendum est, hanc decisionem procedere in actibus electionum, vel ordinationum. ¶ Nam sicut concubinariis in episcopum eligi non potest, nec diuina administrare, *cap. habuisse, 34. distinct.* pariter etiam qui meretricem ¶ ducit in vxorem. *cap. maritum, in eadem distinct.* &

notat ibi glos. quod ex vno eodemque facto quis punitur & meretur, ducendo scilicet meretricem in vxorem.

CAP. CCCLXIII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum de ducendo, an obliget etiam si adulterium commiserit illa vel fornicata fuerit.

SUMMARIUM.

- 1 Iurans aliquam in vxorem ducere, eam ducere non tenetur si illa fornicationem seu adulterium commiserit.
- 2 Sponsa si fornicationem committit facto & culpa viri seu sponsi, vtpote mediante eius lenocinio, non potest in suo iuramento contravenire.
- 3 Iurans accipere vnam ex filiabus Titii in vxorem, quam eligere voluerit: & deinde vnam carnaliter cognoscat, an sibi in electione praiudicauerit, & illam tantum quam carnaliter cognouit, ducere teneatur.
- 4 Iuret si fortasse quispiam ob pacem firmandum cum suo inimico, quod vnam de tribus filiabus suis in vxorem accipiet, & earum vnam carnaliter cognouerit, cum alias ducere non possit, an precise eam ducere teneatur, quæsiuit Brixiensis.
- 5 Facto quid probare plus est, quam verbo.
- 6 Desponsatio in genere facta, nulla est.
- 7 Matrimonium non facit coitus, sed consensus.
- 8 Tutor si incertus datus sit, datio non subsistit.
- 9 Tutor incertus dari non debet.
- 10 Libertas incerta non valet.
- 11 Stipulatio incerta non valet.
- 12 Sponsus quis esse non potest, nisi vnus mulieris.
- 13 Nuptie inuita malos exitus habere consueverunt.
- 14 Mulier minor 12. annis, & masculus, 14. matrimonium non contrahunt validum.
- 15 Matrimonium iuramento conualidatur.
- 16 Matrimonium si sit nullum, pariter etiam & iuramentum super eo præstitum erit nullum.
- 17 Iurans dare vnam de filiabus suis in vxorem alicui, cum plures haberet, quamcunque det, liberatur. Et quid si omnes moriantur præter vnam, an ad illam dandam teneatur. Et quid si vnam obtulerit, sed ille cui facta est promissio, eam non acceperit, sed aliam, an liberetur à iuramento. num. 18.
- 18 Iurauerit si fortasse quispiam dare filiam suam certam & nominatam, cum plures haberet, & si non posset illam habere aliqua de causa, deberet dare aliam, & si nec illam aliam daret, daret tertiam, talis consensus conditionalis videtur nullus.
- 19 Electio conditionalis nulla est.
- 20 Pro matrimonio, in dubio iudicatur.

Præterea Augustinus Berous in consil. 148. num. 11. volum. 1. per text. in cap. quemadmodum, extra de iureiuran. inquit, quod si sponsus aliquis iurauerit

- 1 † aliquam in vxorem ducere, eam ducere non tenetur, si illa fornicationem seu adulterium commiserit. Et ratio est, quia quando etiam illam iam duxisset, eam dimittere posset: Ex eo enim tex. inferitur, † quod si sponsa fornicationem commiserit facto vel culpa viri seu sponsi, vtpote mediante eorum lenocinio, non poterit proprio iuramento contravenire, & eam ducere cogetur, propterea quod in hoc casu vxorem iam ductam nec dimittere, nec de adulterio accusare potest. l. viro, & l. cum

mulier. ff. soluto matrimon. & notatur in l. ita nobis. C. de adult. & tradit Hostiens. in summa in titulo. de adult. §. qualiter. Et facit in simili illud, quod voluit glos. in l. fina. in fine ff. de his. qua in fraud. patron. inquit, debitorem beneficio cessionis bonorum non frui, sed in solidum vsque ad sacculum & peram conueniri posse, vbiunque dolo & fraude sua non soluendo efficitur. In his præterea terminis Alberic. in l. plerunque. §. si res in dotem, num. 4. ff. de iure dot. quærit, quid dicendum sit, si fortasse quispiam iurauerit † in vxorem accipere vnam ex filiabus Titii, quam elegerit, & deinde vnam ex ipsis carnaliter cognouerit, an sibi in electione præiudicauerit, ita vt eam tantum quam cognouit, in vxorem ducere teneatur, vel ex ipsis alteram eligere possit. & de hoc dicendum esse censet, vt habet Bartol. Brixiensis in quæstio. 29. quæ incipit, quidam ob pacem. Vbi quæsiuit, si fortasse quispiam † ob pacem cum suo inimico ineundam & conseruandam iurauerit vnam de tribus suis filiabus in vxorem accipere, & deinde earum vnam carnaliter cognouerit: an ex quo alias ducere non potest, eam quam cognouit, precise in vxorem ducere teneatur? & compelli posse primo loco dicendum esse existimauit. Et primum, quia illud iuramentum fuit licitum & honestum, cap. omne quod in fœdera pacis, 22. quæstio. 1. & cap. præterea, il secundo, extra de sponsal. & cap. commissum, eodem tit. Ergo seruari debet, cap. & si Christus, versio. redde Domino iuramenta tua, extra de iureiuran. & cap. si vero, eodem titulo. Vnde cum alias habere non possit, hanc ducere compellendus est. Præterea subdit, sponsalia præcesserunt & carnalis copula subsequuta est, ergo inter eum & eam matrimonium quoque subsequutum censendum est, cap. de illis, extra de conditio. apposit. & cap. per tuas, eodem tit. & cap. is, qui, extra de sponsal. Nec inquit obstat, si fortasse dicatur sub ea conditione promissionem factam esse, videlicet, iuro accipere vnam ex illis tribus, quam elegero, & ideo eam elegisse videatur, † cum plus sit aliquid facto quam verbo probare, & ideo ex quo cum ea rem habuerit, eam elegisse videatur, cap. ex ore, circa finem. extra de his, quæ fiunt à maiori parte capit. & capit. dilecti, extra de appellatio. Præterea inquit eius filiam ad eam necessitatem deuenisse, vt suæ imperitiæ imputari debeat. l. si mulier, in primo responso. ff. quod metus causa, & capit. vxor felicitis, decima septima, quæstio. quarta, & l. quod si quis. ff. de reg. iur. & l. si fideiussor. §. si necessaria, in fine. ff. qui satisf. cogant. Itidem si dicatur, quod ille qui eam cognouit, id fecerit animo fornicandi, tunc audiri non debet, cum alleget turpitudinem suam, cap. inter dilectos filios, extra de donatio. & l. cum consteatis, C. de reuocan. donatio. & cap. nulli, 15. quæstio. 3. Præterea res ad eum statum deuenit, vt idem sit ac si vnicam filiam habuisset, cum aliis affinis effectus sit: ergo eam in vxorem habere debet. l. si in emptio. §. si emptio. in fi. ff. de contrahen. emptio. & vendit. & l. Stichum, in princip. ff. de solutio.

Quoniam autem qui sequantur contrariam opinionem, quam plures sunt, merito & illi quidem recensendi sunt, & eorum iura & fundamenta recensenda, quæ sunt huiusmodi. Desponsatio † in genere facta nulla est, cum certa debeat esse persona, cum qua sponsalia contrahuntur. l. generali. ff. de ritu nuptiali. & ideo cum sponsalia non præcesserint, per copulam non fuit matrimonium consummatum.

consummatum. §. 1. 29. *questio. 1. versicul. sed obiicitur.*
 7 † Matrimonium namque non facit coitus, sed consensus. §. 1. 27. *quest. 2.* Præterea nunquam promittit hanc in uxorem ducere, ergo nulla fuerunt sponsalia cum ea contracta, *cap. duobus modis, extra de sponsal. & cap. in palea illa, duobus modis, 27. quest. 2.* In simili etiam habemus, quod si incertus datus sit tutor, † ex quo erant duo eiusdem nominis, talis tutoris datio non subsistit. *l. duo sunt Titii. ff. de testam. tutel. † Nam incertus tutor dari non debet. l. tutor incertus. C. eodem tit. Idem quoque de libertate † dicitur, & in ea contingit. l. si quis de pluribus. ff. de rebus dub. & l. cum ex pluribus. ff. de manumis. testamen.* Pariter etiam & incerta stipulatio nihil valet. *l. relictum. ff. de verborum obligatio. & l. cum post diuortium. §. generaliter. ff. de iure doti.* ergo multo magis dispensatio subsistere non debet, cum in matrimoniis maior sit restrictio adhibenda, *c. 1. extra de consanguinita. & affinita.* Et ideo ex tali promissione earum nullam in uxorem habere compellendus videtur. Præterea † sicut vnus tantum & vnicus maritus esse debet, *c. 12. quo virginib. 31. quest. 1.* ita etiam de iure non potest quispiam sponsus esse, nisi vnus, *cap. sicut ex literis, extra de sponsalib.* vnde ex quo cum aliis tribus sponsalia contracta non fuerunt. Præterea accedat, † quod inuita nuptiæ malos exitus habere consueuerunt, *cap. requisit, extra de sponsal. & §. 1. 31. quest. 2.* Accedat etiam, quod sponsalia ita contracta, sub conditione contrahi dicuntur, videlicet, *iuro quod accipiam vnā ex tribus filiabus, &c.* videlicet eam, quam prius elegero. Vnde cum eam elegisse videatur, merito matrimonium cum ea contractum esse dicendum videtur. Illud tamen in hac quæstione inspiciendum videtur, an repugnet, † quod licet mulier minor duodecim annis, & masculus 14. matrimonium validum non contrahunt, *cap. tua fraternitatis. extra de sponsal. & cap. 2. extra de desponsat. impub.* hæc tamen vera sunt, nisi tale matrimonium iure urādo vallatum sit, propterea quod licet † matrimonium non valeret, iuramento tamen conualidatur, *cap. ex literis, extra de sponsal. & facit text. in d. cap. cum contingat, extra de iureiuran.* Vbi habetur, iumentum conualidare contractum, qui alias non subsistit, & de hoc supra late diximus, & ad hoc facit text. in *d. cap. quamuis, de pact. lib. 6. & cap. licet, eodem tit.* Nec etiam verum est, vt inquit Menochius in *consil. 23. in 1. volum. consil. matrimon. diuers.* quod si iuramentum sit licitum, in quo casu obligat iuramentum. *l. prima, & authen. sacramenta puerum. C. si aduers. vendit. & cap. 2. extra de delict. puer.* sed sic est, quod quando contrahentes sunt minores, iuramento non obligantur, vtpote si sit fœmina minor duodecim annorum, & masculus 14. propterea quod eo tempore matrimonium contrahere non possunt, vt est textus in *cap. tua fraternitati, cum similibus supra deductis,* & ideo matrimonium est nullum. † quo fit, vt & iuramentum pariter nullum sit, 16 & præsertim si tempore dicti matrimonii non intelligunt, quid matrimonium importet, & operetur. Nec etiam mulier de viribus iuramenti certa reddita sit, quod sane fieri debebat, prout etiam de hoc supra diximus. & faciunt etiam ad prædicta, vt ipse ait notata, per Cynum in *l. secunda. C. de rescindend. venditio. & notatur in l. qui cum tutoribus. ff. de transactio. & ita consuluit Dynus, & dixit matrimonium non valere: quia ad hoc, vt matrimonium*

obliget, prædicta requiruntur. Ad text. autem in *d. cap. ex literis,* responderi procedere in sponsalibus non in matrimonio, propterea quod minor matrimonium per verba, de præfenti contrahere non potest, vt habetur in *d. c. tua fraternitati, & c. 2. extra de sponsalibus.*

Præterea Hostiens. *lib. 4. in rubr. de matrim. numero 18.* pariter quærit de simili quæstione, vtpote, si quis iurauerit non contrahere cum aliqua matrimonio, sed cum qua nō expressit, an cogi possit, cum illa, quam carnaliter cognouit contrahere (vt paulo ante ex Alberico dicebamus, & ex Brixiense,) inquit non putare, vt cum ea contrahere compelli possit, ex quo aliam eligere potest, nec vt deieret dici possit, si cum alia contrahat; subdit tamen iurantem æquius facere, si cum illa contrahat, quam corrupit, ne diuidat carnem suam in plures, non autem Titius, quia bigamus iudicaretur per decreta, quibus alii tenent contrarium. Hostiensis tamen contradicit text. in *capit. debitum, vbi & Hostiens. extra de bigam.* & ideo videretur in omnia illa præiudicia incidere, quæ ad binubos pertinent. Præterea Hostiens. in *rubr. de desponsat. impuber. num. 16. cum sequen.* quærit de simili dubitatione, † vtpote si 17 fortasse quispiam iurauerit dare in uxorem alicui vnā ex filiabus suis, & eam nō nominauerit, cum plures haberet, & in hac cōtrouersia inquit, quamcunque dederit liberari, quia in ipsius promissoris † electione est, vt in aliis promissionibus ipsius 18 promissoris electione est. §. præterea, in *titul. de actio. & l. plerunque. ff. de iure dot. & l. si ita. ff. de contrahen. emptio.* si fortasse accidat vt omnes alia, vna excepta moriantur, an ad eam dandam illi, cui promissit & curauit, teneatur, argumentol. *secunda. §. qui Strichum. ff. quod certo loco. & l. si in emptione. §. si emptio. ff. de contrah. emptio.* Quid dicendum sit, si promissor vnā obtulerit, at ille cui facta est promissio eam non acceptauerit, sed aliam accipiat ab eodem, an promissor à iuramento liberetur, argumento. *l. cum his. ff. de condict. indeb. & l. si stipulatus sim damam. ff. de verb. oblig.*

Præterea subdit & quærit, quid dicendum sit, si vnā ex eis cognouerit ille, cui facta est promissio cum iuramento, & inquit quod aliam habere non poterit, argumento. *l. Strichum aut Pamphilum. ff. de solutio.* Quod tamen verum & procedere intelligendum existimat, si cōtemplatione illius contractus præcedentis ipsam cognouerit, vt dixit Gofredi; vel si non est matrimonium, vt saltem consentire cogi posse, *cap. propositum, extra de eo, qui duxit in matrimon. quinto videtur vt matrimonium præsumptum dici possit, argumento capit. significauit, extra de eo, qui duxit in matrimon. & dicti capit. veniens, eodem titulo. & cap. propositum, extra de coniug. seruo. & capit. super eo. & capit. per tuas, extra de conditio. apposit. & ideo subdit Hostiens. in titulo præcedenti, notandam esse similem quæstionem sub rubr. *de matrimon. §. qualiter contrahatur, versicul. item quid si in presentia plurium filiarum & rursus Hostiens. ibidem, n. 18.* quærit, † quid si iurasti dare filiam tuam certam 19 & nominatam, cum plures haberes alicui, & casu quo aliqua de causa eam habere non posset, daret aliam: & quādo nec etiam illam habere posset, tertiam: & sic de singulis. In hac dubitatione responderi videri, quod talis consensus vti conditionalis, nullus sit. *l. actus. ff. de reg. iur. & ideo vti electio † con-* 20
 ditionalis,*

ditionalis, nulla est, vt habetur in Authen. *Domini nostri, & cap. statumimus, extra de elect.* ita etiam & talis promissio. Veruntamen tam per text. in *d. cap. ad audientiam, extra de sponsalibus, & ea, que notantur extra de conditio. apposit.* satis apparet, promissorem ad dandum primam teneri pro viribus: quandoquidem ad aliud illum non obligat tale iuramentum, nisi vt bona fide conueris, vt ipsam habeat, vt notat idem supra in eodem §. *versic. quid ergo.* An autem ad secundam teneatur, ita distinguit, aut in primam consensit expresse vel tacite, vt puta quia ipsa sciente, presente & non contradicente sponsalia contracta fuerunt, vel si ea ignorante: attamen ratificante cum legitima esset ætatis, quo fit vt sponsalia substituerint inter ipsum iurantem & primam filiam. *d. cap. ex literis, extra de sponsali. & cap. 1. de matri. contract. contra interd. eccles.* & ideo secundam habere non potest. *d. cap. ad audientiam, extra de sponsal. & c. duo pueri, extra de desponsa. impub.* Aut vero prima in eum non consensit, & tunc tenetur ad secundam, & ita de singulis, vt apparet in *d. cap. ex literis, extra de desponsa. impuber. & in cap. ex parte M. mulieris, extra de resitur. spoliat.* Vnde Abbas in *d. cap. ex literis, il secundo, num. 7. extra de sponsal.* circa prædicta duas colligit conclusiones. Prima est, vt si ille cogatur eam, quam cognouit, in vxorem ducere, ex quo cum ea nunquam contraxit sponsalia, merito nec matrimonium contractum censeatur, & hanc conclusionem inquit tenere Innocen. dum voluit, vt libere cum alia contrahere possit, ex quo non est conditio restrictiua ad eam tantum personam, quam cognouit, tamen animaduertendum est ad ea, quæ supra diximus de eo, qui meretricem in vxorem duxit in casu, quo affinitas cum aliquo coniuncto, qui cum ea meretrice rem habuisset, contracta esset: quandoquidem affinitas etiam ex illicito coitu contrahitur, vt inquit Hippolitus Marsil. in suo tractatu. *singular. singular. 254. & est text. in capit. discretionem, & capit. penultimo, & fin. extra de eo, qui cognouit. consang. vxor. sue. & l. non facile. §. nonnunquam, & ibi glos.* & id intelligit quo ad impediendum matrimonium: secus autem quo ad puniendum aliquem de incestu, quia tunc talis illicitus coitus non operatur, vt quis de incestu puniri possit. & ideo dixit consulendo egregie Petrus de Ancharano in *consil. 392.* videtur prima facie, quod licet aliquis concubuerit cum vna sorore secreta, & deinde aliam sororem in vxorem duxerit palam, ob id tamen poena incestus puniendū nō esse. Quod quidem dictū vti valde notabile refert & sequitur August. Arim. in suis additio. ad Angelum de Aretio in tract. *malefic. in versic. Et che hai adulterato la mia donna. in penult. additio. in vlt. verbo:* & id dictum inquit ibidem Marsil. notandum esse, quia sæpe contingit. & ideo inquit limitari posse prædicta iura. Et hanc conclusionem, quod per coitum illicitum contrahatur affinitas, tenuit etiam Marian. Socin. iunior in *consil. 99. num. 30. volum. 2. & voluit glos. quam sequatur Doct. in c. discretionem, extra de eo, qui cognouit. consang. vxor. sue. & in c. per tuas, cum concordantibus. adductis per ipsum consulentem, & Socin. senior in *consil. 119. volum. 3.* & ideo redeundo ad rem nostram, inquit quod si sit contracta affinitas impeditiua, quæ etiam contrahitur per copulam illicitam, non videtur vt cum alia eius affine contrahere possit. Secundam vero conclusionem, in qua glos. residet,*

eam esse existimat, quod non vi sponsaliorum, sed iuramenti eam ducere cogatur. Et hanc opinionem sequi dicit Ioan. Andr. sponsalia enim semper nulla extiterunt: quandoquidem cum ex parte vnus tantum consistere non possint, vt dicamus cum omnibus sororibus contracta essent, necesse est, & ex consequenti vt vltimam obstante publicæ honestatis iustitia. subdit tamen deinde, quod licet Hostient. loquatur, sentit tamen tertiam opinionem, vt copula cum vna superueniens declarauerit seu certificauerit sponsalia prius dubia, & in eodem momento faciat illam transire in matrimonium præsumptum, argumento text. in *cap. is, qui, extra de sponsal.* Vnde inquit ibidem Abb. Butrium prius videri sentire hanc opinionem, sed tandem transire cum opinione glos. & Ioan. Andr. ex quo illa sponsalia nulla prorsus extiterunt: & ideo inquit credere, quod opinio Hostiensis satis sustineri possit: nam sponsalia transeunt in matrimonium per copulam carnis, non autem vi sponsaliorum, vti pertinet ad præsumptum census, vt habetur in *d. cap. is, qui, extra de sponsal.* Verum ex quo iurauit ducere in vxorem vnam ex filiabus Titii, & deinde vnam ex eis carnaliter cognouit, satis videtur illam elegisse, & iam in eam consensisse. Nam in dubio duplex peccatum præsupponere non debemus, videlicet stupri & perituri, sed potius in fauorem, & præsertim matrimonii copulam licitam fuisse præsumere debemus, & quod ipse suum iurandum adimplere voluerit. Nam in dubio semper † pro matrimonio iudicandum est, vt habetur in *cap. licet ex quadam, extra de testibus, & cap. fina. extra de re iudic.* Præterea facimus semper interpretationem, vt peccatum euitetur. *cap. estote, extra de reg. iur. secus aurem, vt voluit Hostiensis, si quis iurasset ducere vnam alicuius loci.* Nam tunc cognoscendo aliquam, non videtur cum ea contrahere, cum possit hoc casu contrahendo cum alia, iuramentum adimplere. Subdit tamen notandum esse singulariter ex opinione glos. quod licet iuramentum ad certam personam restrictum non sit, ecclesiam tamen iurantem ad ipsius iuramenti obseruantiam compellere, & si finis iuramenti priuati vtilitatem respiciat, & id ea ratione vt iurans peccatum euitet. Et hac ratione iudex fortasse ex suo officio procedit, vt habetur in *cap. 1. extra de offic. ordina.*

C A P. CCCLXIV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

1. Iuramentum licet non sit de substantia matrimonii vel sponsaliorum, addit tamen eis validius vinculum.
2. Copula carnalis non addit substantiam vinculi matrimonialis.

Notandum etiam est, vt dixit Abbas in *c. super eo, num. 3. extra de consanguinitate & affinitate,* quod licet iuramentum † de substantia matrimonii non sit seu sponsaliorum, eis tamen addit validius vinculum. *cap. fina. de foro competen. lib. 6. & tradit iterum Abbas in capit. penultimo, extra de iureiuran. & iterum idem Abbas in c. si inter virum, num. 4. extra de sponsal. dum inquit, notandum esse iuramentū non addere*

2 addere substantiæ vinculi matrimonialis, † etiam copulam carnalem.

C A P. CCCLXV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iurans aliquam in vxorem accipere, si sibi centum donet, eam accipere non tenetur, nisi postea pure consenserit vel eam cognouerit.
- 2 Conditio dicitur honesta, videlicet accipiam te in vxorem, si tale quid mihi donaueris.

Praterea Abbas in cap. de illis, num. 1. & 3 extra de conditio. apposit. inquit, † quod qui iurauerit aliquam in vxorem accipere, si centum sibi donauerit, accipere sane eam non tenetur, nisi deinde pure consenserit, vel eam cognouerit: & deinde, numero 3, inquit, notandum esse ex eo text. † quod illa conditio, si centum sibi donauerit: est honesta, ac etiam illam, accipiam te in vxorem, si tale quid mihi donaueris: quandoquidem nisi esset honesta, sponsalia non suspendisset, sed pro non adiecta haberetur, c. fin. eod. tit. extra de conditio. apposit.

C A P. CCCLXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater licite cum iuramento promittere potest, se daturum alicui filiam suam in vxorem.

Item Abbas in d. cap. ex literis, num. 1. extra de sponsalibus inquit, notandum ex eo text. † patrem licite cum iuramento promittere posse, se daturum filiam suam alicui in vxorem. Nam licet pater filiam ad contrahendum matrimonium obligare non possit ea tenente & repugnante, vt habetur in capitulo vnico, de desponsatio, impuber. libro sexto. & capit. vbi. trigesima, questio. secunda, attamen vbi licite promittit & iurat, secus est; praterea quod in eo casu videtur promittere, se curaturum pro viribus, & quatenus potest, &c. & de hoc ibi cum glos. 1.

C A P. CCCLXVII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum tendens ad separationem coniugii, quatenus possibile est, ad separationem honestam & licitam seruata mente partium reducendum est.
- 2 Iuramentum tendens ad separationem coniugii, quando vti temerarium & illicitum seruandum non sit.

Praterea Imola in cap. tua nos, il secondo, extra de iureiuran. inquit notandum, quod iuramentum † tendens ad separationem coniugii pro viribus, & quatenus possibile est, ad separationem honestam & licitam reduci debet, seruata tamen mente partium: si vero id fieri non possit, † tunc vti temerarium & illicitum seruandum non est. & ideo inquit facere illum textum in argumento, quod iuramentum illam conditionem contrineat, si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest, dum-

modo tamen vltra partium mentem non trahatur. Sed de hoc supra suo loco satis late diximus.

C A P. CCCLXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Maritus & vxor non possunt etiam cum iuramento sine causa honesta se inuicem dimittere.

Item Abbas in cap. veniens, num. 4. extra de regula. & transeun. ad religio. inquit ex eo tex. notandum esse, † maritum & vxorem non posse etiam cum iuramento, non accedente legitima & honesta causa, se inuicem dimittere, vt de hoc videtur optimus tex. in cap. tua, extra de iureiuran. vbi latius tradit gl. & sequitur Abbas.

C A P. CCCLXIX.

Argumentum est in Summario

S V M M A R I V M.

- 1 Iurans cum aliqua contrahere moneri potius debet quam compelli.

Rursus idem Abbas in cap. requisit, num. 1. extra de sponsalibus inquit, † eum qui iurauit cum aliqua contrahere, moneri potius debere quam compelli, vt contrahat. Dixit tamen idem Abbas in cap. de illis, il 1. num. 4. extra de desponsat. impube. notari ex eo tex. quod licet maior septennio possit sponsalia contrahere, non tamen ob id obligatur priusquam ad legitimam ætatem, (de qua supra diximus) peruenierit. Vnde poterit petere separationem, licet nullam causam deducat: & id ideo est, quia ante perfectam & aptam matrimonio, non videtur perfectum sensum, siue cognitionem habere.

C A P. CCCLXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum non impedit vires subsequentis matrimonii.
- 2 Iuramenti circa matrimonium forma.

Rursus etiam idem Abbas in cap. sicut, num. 1. extra de sponsal. inquit, notandum esse ex eo text. † iuramentum matrimonii subsequentis vires non impedire, & ideo inquit valere matrimonium contra iuramentum, & si transgrediens in periurium incidat. Vnde etiam inferri videtur, matrimonium subsistere etiam quod à periuro contrahatur, & ideo dixit Speculato libro quarto, quarta partis, in titulo de sponsalibus & matrimon. §. 3. nu. 3. quod si partes † iurant libellum hoc modo concipiendum esse, coram, &c. propono contra P quod cum ipse, & ego, parentesque nostri corporale præsiterimus iuramentum super matrimonio inter nos inuicem contrahendo: nunc ipse contra iuramenta ipsa venire præsument, matrimonium cum alia contrahere intendit: Quare peto ipsum per vos cogi, quod me in vxorem suam recipiat, & maritali affectione pertractet: & econtra ipse eodem modo concipiat contra eam, d. c. ex literis, il 2. extra de sponsal. & c. si quis parentes, 31. questio. 3.

CAP.

C A P. CCCLXXI.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum suppletium an in matrimoniali causa locum habeat.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum in causa matrimoniali, in supplementum probationis deferri an possit.
- 2 Grauis causa vel leuis, quæ dicatur, in arbitrium iudicis remittitur.
- 3 Arbitrio iudicis ea committuntur, quæ sub certa regula trahi non possunt.
- 4 Causa matrimonii compromitti non potest.
- 5 Transigi de causa matrimonii non potest.
- 6 Causæ matrimoniales de consuetudine non committuntur decidende, nisi episcopis.
- 7 Reus, quando cogatur iurare, aut referre iuramentum.

PROsequendo ea, quæ proposuimus, sciendum est, iuramentum in causa matrimonii in supplementum probationis deferendum non esse, ut inquit Iacob. Leonissa in consil. 49. num. 96. in 1. volum. consil. matrim. diuers. quando quidem eum tenentem hanc conclusionem ex eo apparet, quod cum illa mulier plenam probationem non haberet, verum nec semiplenam, ei iuramentum in supplementum probationis deferri posse arbitratur, ut voluit Hostiensis in cap. mulieri, extra de iureiuran. Hanc enim conclusionem tenuit gl. in d. cap. mulieri, extra de iureiur. quam sequuntur etiam quamplures alii ibidem, & eam sequitur etiam Alexander Neuo in consil. 29. num. 6. in eodem volum. consil. matrim. diuers. & Bal. in l. in bona fidei. C. de iureiuran. & Angel. de Casiren. in consil. 34. num. 5. in eodem volum. consil. matrim. diuerso, dum inquit, quod in causa matrimonii, quæ est de maioribus & grauioribus causis, & si fuerit semiplene probatum: attamen iuramentum in defectum semiplenæ probationis deferendum non esse. d. cap. mulieri, vbi notatur. Præterea quod huiusmodi iuramentum in causa matrimonii, ad supplendam semiplenam probationem, deferendum non sit, tenuit Alex. de Neuo in consil. 35. num. 31. in eod. volum. consil. matrim. diuers. & in eodem volum. Iacob. Leonissa in consil. 47. num. 10. vbi inquit, hanc esse communem opinionem Doct. in d. cap. mulieri. & Alexan. à S. Gallà in consil. 56. num. 1. & 2. in eodem volum. inquit in causa matrimoniali imperfectam probationem non admitti, & illam quæ saltem duobus idoneis testibus sublata non sit. & ideo inquit velle communem Doctorum opinionem, ut etiam si quis vnum testem habeat omni exceptione maiorem, ob id tamen ad supplendam talem probationem ei iuramentum suppletorium deferendum non esse, ut notant Legistæ in l. 3. ff. de iureiuran. & Canonistæ in d. cap. mulieri, extra eodem tit. Rationem autem huius decisionis eam esse arbitratur, quod de statu hominis agatur, vel quasi, & ideo posset fortasse non modicum præiudicium inferri reo, si huiusmodi probatione conuinceretur. In huiusmodi enim casibus iura minus integram probationem respuunt ac reiiciunt, ac etiam eam quæ extraordinario adminiculo iuramenti fulcita non sit, ut etiam habetur de actione iniuriarum,

quæ quidem famosa appellatur ex eo, quod reus conuictus, infamis efficitur. Vbiunque enim ex ea agitur, suppletorium iuramentum non deferitur, ut dixit Bartolus & sequuntur recentiores in l. admonendi. ff. de iureiur. Pariter etiam in qualibet causa matrimoniali ex delatione iuramenti ob summum præiudicium probatio non suppletur, & id ea ratione, ne tale præiudicium reo si conueniatur irrogetur, prout fortasse facillime accidere posset, si conuinceretur. Posset etiam fortasse prædictis addi animæ periculum, si simul fortasse cohabitarent & concumberent, si non esset vere matrimonium: nam in eo casu continue in peccato mortali versantur. Vnde etiam est, ut in causis matrimonialibus specificè prouideatur, ne in testes admittantur, nisi illi, qui sunt probata vitæ & opinionis, & quos verisimile non sit, ut pro alio deierare velint, ut dixit expresse text. in cap. literis. in fine, extra de testibus, & ibi tradunt Doct. & ad hoc facit etiam text. iuncta gl. in verbo, maiores, cap. 1. extra de consanguin. & affinitat. reiecta gl. in cap. 1. ff. de testibus, & in §. item verborum, Institut. de inutilib. stipulatio. Præterea hanc eandem conclusionem tenuit Laurent. de Piñu. in consil. 71. num. 29. & num. 31. in eodem 1. volum. consil. matrim. diuers. & inquit Abbas in d. cap. fin. per illum textum. vbi hac conclusio tractatur, extra de iureiuran. & tradit etiam late Ias. in d. l. admonendi, colum. 4. versic. existit apparet. ff. de iureiuran. & in versicul. & dicit pro Bal. Item & Ioan. Anton. Rubens Alexandri. in consil. 73. num. 3. in eodem volum. 1. consil. matrim. diuers. Vbi inquit animaduertendum esse, causam matrimonialem, ut si fauorabilis sit, esse tamen causam grauem. Vnde est ut in tali causa cum agatur quasi de statu hominum, merito iuramentum in supplementum probationis deferendum non esse, ut dixit vltra supra deducta Bald. in l. 3. eodem tit. cum similibus, de quibus tradit Alexan. in consil. 143. Quoniam abunde, volum. 2. & Decius in consil. 310. vixit diligenter attestacionibus. & ibi latius ipse prosequitur. & Hieron. Gratian. in consil. 75. num. 4. in eodem volum. 1. consil. matrim. diuers. & iterum Decius in consil. 133. colum. 4. & in consil. 163. colum. 2. vbi etiam loquitur de causa matrimoniali. & in consil. 189. colum. 5. Item Nicol. Anton. Grauat. in consil. 82. num. 1. cum sequen. in eodem volum. 1. consil. matrim. diuers. tractando hanc materiam, an in causa matrimoniali iuramentum suppletium deferatur. & inquit Doctores in varias sententias esse diuisos, adeo ut Abb. dixerit esse tex. in d. cap. mulieri, num. 6. extra de iureiuran. Et ideo animaduertendum est, iuramentum hoc suppletorium tunc deferendum esse, vbi matrimonium semiplene probatur, capit. sicut consuetudo, extra de probatio. & capit. fina. extra de iureiuran. & l. in bona fidei. C. de reb. credit. Quibus in locis expresse habetur, ad huiusmodi iuramenti suffragium tunc recurendum esse, cum aliq. legitime probationes deficiunt, & huc quoque pertinere videtur tex. in cap. attestaciones, extra de desponsa. impub. vbi in causa matrimoniali iuramentum delatum fuisse legitur, & hanc conclusionem amplexi sunt Azo in summa, circa medium. Cod. de reb. credit. & Hostiens. in summa, extra de clandest. desponsat. numero quinto, & de iureiuran. in versic. & super quibus, num. 5. versic. quid de causa monachatio. & rursus in dict. l. mulieri, & capit. fina. extra de iureiuran. & Archidiacon. in capit. si quis presbyter. secunda questio. quarta, & in capit. Viduas

autem velare, 27. quæstio. 1. & Phil. & nonnulli quos refert Abb. in d. cap. mulieri. vbi est etiam quædam additio incipiens, & quod non. Præterea hanc quoque opinionem in tract. fallen. in verbo, iuramentum in probationis supplementum, in regul. 204. fallen. 78. post Bald. in d. cap. mulieri, in si. hanc sententiam tenere videtur. Contrariam vero opinionem: vt scilicet in matrimoniali copula semiplene probanti, etiam quod sit honesta vitæ ille, cui deferendum esset, tale suppletorium iuramentum deferendum non sit, plebisque placuit, cuius opinionis glossatores vtriusque iuris antesignani fuerunt. Vnus scilicet in dicto cap. mulieri. & in cap. tam literis, in vers. probata, extra de testib. & cap. cum sit partium, in glos. fina. de reg. iur. libro sexto. Alter vero in l. tertia. §. quacunque. ff. de iureiuran. & mouetur eo potissimum argumento, quod (vt supra diximus,) de quasi hominis statu agitur: nam matrimonium, seruitus quædam est. l. secunda. ff. de liber. homine exhiben. Quinimo & dura quidem seruitus est, teste Bal. in d. l. bona fidei, colum. prima, & Ioan. Lopez. in rub. extra de donatio, inter virum & vxor. colum. 8. vers. quo ad primum, & Claud. in l. prima, in princip. ff. de verborum obligatio. & Decius in consil. 133. & ideo dixit Terentius: & quod fortunatum isti putant, vxorem nunquam duxi. Ad hoc etiam pertinet quod magis oneribus ac seruitutibus coniuges grauantur, vt habetur in cap. omnes, trigesima secunda, quæstio septima, & in cap. qui sitit. 33. quæstio. 5. & habetur apud diuum Paul. prima ad Corinth. cap. 7. si solutus es ab vxore, noli querere vxorem: si habes vxorem, noli querere solutionem. & ad Ephes. 5. mulieres viris suis subiectæ sint, sicut domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesie, ipse saluator corporis eius: sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita mulieres viris suis in omnibus. Eandemque sententiam Apostolus protulit ad Coloss. 1. cap. 3. & diuus Petrus itidem priore epistola, cap. 3. ita inquit: similiter & mulieres subditæ sint viris suis. Non ab re Sara maritum dominum vocat, Genesios 18. & Ester. cap. 1. scribitur, Cuncta vxores tam maiorum quam minorum deferant maritis honorem. Ipsique sint principes ac maiores in domibus: maritus nempe vxorem sub suo imperio habet vsque eo, vt ipsam moderate tamen verberibus cadere possit, vt inquit glos. fina. in cap. quem admodum, extra de iureiuran. & Ioan. Andr. in rub. eod. tit. Ob hanc igitur seruitutem & pericula dicitur in cap. nos nouimus, 17. quæstio. 2. Nauigasti, id est, vxorem duxisti. Id sane cum sanctissimum sit matrimonium, nulla alia ratione dictum censeri debet, quam ob onera, seruitutem atque discrimina, quæ illorum periculis æquipollent, mediisque in fluctibus nauigant, ac ventorum arbitrio ferantur. Et hinc est, quod dixit Iuuenalis.

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus.

Vetusque adagium circumfertur, qui non litigat, celebs est. Potest præterea referri illud, quod dixi in meis commentariis, in titulo. ff. de religio. & sumpt. funer. de vxore litigante. Matrimonii enim onera atque seruitutem diuus Hieronymus scite & eleganter in epistolis contra Iouianum explicat. Si tibi abunde satisfactum velis, eum legere non te pigeat. Cum igitur matrimonium sit quædam species, deque quasi hominum statu tractetur, merito magnam arduamque causam eam, quæ à matrimonio prouenit, dixerunt Speculator in titulo de re-

script. present. §. ratione forma, versic. nunc ad destructionem. & Abb. & alii in cap. si pro debilitate, extra de offic. deleg. vbi Decius numero decimo, & vndecimo. & rursus idem Decius in consil. 133. & in consil. 310. & Paris. in consil. 53. num. 8. volum. 3. Vnde etiam inquit rursus Parisius in consil. 61. num. 6. in eodem volum. 3. in causa matrimonii, cum sit grauis & ardua, si de mandato procuratoris dubitetur, eum etiam cum cautione de rato admittendum non esse, id quod Angel. quoque in l. iuramentum, §. fina. probauit, & Ias. in l. prima. numero primo, vers. sexto, Cod. de procurat. & id adeo verum est, vt ob ipsarum causarum arduitatem ex stilo Romanæ curiæ ipsæ matrimoniales aliis quam episcopis committi non soleant, vt latius ibidem ipse prosequitur. Ita etiam vti in causa criminali, vti in arduo negotio prædictum iuramentum suppletorium non deferatur, vt adnotant Doctores, & præsertim Ias. multa congerens in repetitione, num. 224. vbi hanc opinionem veram esse & communem asserit: eam tamen limita, vt ibi per eum.

Præterea eandem opinionem in criminalibus tenet Hippol. Marfil. in sua praxi. in §. postquam, numero secundo, & in §. expedita, numero septuagesimo quarto, & rursus in l. de minore. §. tormenta. & in l. maritus, post Bartol. ibi. ff. de quæstio. & Corne. in consilio centesimo septuagesimo secundo, numero primo, volum. tertio, & Decius in consilio 458. numero quarto, & habetur in decisio. Cappel. Tholosa. 243. & Ioan. Anton. in soliloquio. 69. & Ioan. Silua. in tract. de iureiuran. parte tertia, quæstio. tertia, numero primo. sed sic est, quod criminalis causa & matrimonialis æquiparantur, capitulo penult. extra de restitutio. in integrum. & tradit Accursius in l. tertia. §. quacunque. ff. de iureiuran. vbi Bartol. Paul. Castren. Alexand. & alii, ergo huiusmodi iuramenti delationi locus non est, prout etiam nec in aliis arduis causis, de quibus tradunt Doctor. in dicta l. admonendi, & in l. in bona fidei. Plura exempla alia tradunt Doctores ibidem. & sic numero decimo quarto, dixit hanc opinionem inter interpretes receptiorem esse, prout etiam eam communem esse attestatur Curt. in d. l. admonendi, numero sexagesimo sexto, & Decius in dicto consilio centesimo trigesimo tertio, num. 2.

Præterea hanc conclusionem sequitur, & magis communem dicit Curt. Junior in d. l. admonendi, numero sexagesimo septimo, vers. postremo. Item hanc eandem conclusionem sequitur Anton. Galeat. Maluatic. in consilio tertio, numero quarto, in eodem volum. primo consilio matrimon. diuerso. Itidem hanc opinionem, quod in causa matrimonii iuramentum suppletorium non deferatur, firmavit iterum Francisc. Marc. in decisio. 753. numero primo, volum. secundo, vbi latius per eum, ac etiam Gabriel Casatus & Hierony. Cror. & Francisc. Anton. Crispus, & Anton. de Sanso. in consilio 59. numero 41. in secundo volum. consil. crimin. diuerso. pariter voluerunt in causa matrimoniali ad supplementum probationis iuramentum non deferri, per ea quæ voluerunt Paul. Castren. Alexan. & alii, in l. tertia. ff. de iureiuran. & gl. in d. cap. mulieri. Item hanc conclusionem tenuit etiam Anton. Gabr. lib. 1. de probatio. conclusio. 1. numero trigesimo nono, arguendo à causa criminali, & ex ea inferendo ad causam matrimonialem, & inquit pariter esse grauem per ea, quæ voluerunt Butr. Abbas, & alii in d. c. si pro debilitate, extra de offic. delegat. & Ias. in d. l. admo-

admonendi, num. 104. extra de iureiur. & subdit quod omnes decisiones, quæ de causis grauibus loquuntur, exemplificantur in causis matrimonialibus, cum in eis de statu hominis tractetur, eandem opinionem sequitur Portius Imol. in consil. 151. num. 11. volum. 1. per tex. in c. literas, & in cap. illud, extra de pre-sumpt. & in cap. licet, extra de testib. & Aret. in cap. super eo, in secundo notab. extra de testib. & non distare inquit à similibus speciebus responsam Ias. in consil. 9. num. 28. volum. 1. & in consil. 4. num. 10. & in consil. 3. num. 27. & Hieron. Grat. in consil. 98. num. 10. & in consil. 16. volum. 2.

Accedat prædictis, quod Iodocus in enchiridio parium aut similibus iuris, in versic. causa civili ardua. pag. 435 inquit, quod sicut delatoris in causis criminalibus non satis efficax est iurisiurandi probatio, sed clariores probationes luce meridiana clariores requiruntur, ut notat Hippol. Marsil. & alii in l. fina. C. de accusatio. pariter etiam iuramentum cuiuslibet in causis civilibus magnis efficax non sit, & ideo ipsi quoque iuramentum in illis casibus deferendum non esse, propterea quod inualidum est in casibus civilibus magnis, quæ eandem criminalibus vere equiparantur. & ideo ad earum imitationem nonnulli in ea opinione fuerunt, quod nec etiam in causa matrimoniali, & in supplementum probationis iurisiurandum deferri possit: & id ea tantum ratione quod hæc causa licet civilis sit, tamen grauis & ardua, & ideo causæ criminali æquiparanda, ut dicunt Doct. id d. cap. fina. extra de iureiuran. & dixit Zasius in variis consiliis, & dixit etiam Barr. in l. 3. ff. de iureiur. Vbi tradunt etiam Alexan. & Bald. subdit tamen, quod iuramentum non deferatur in defectum probationis, vbi cunq; lex requirit probationem apertissimam & claram, voluit Roman. in singul. 200. num. 2. vbi quærendo, an obiecta exceptione excommunicationis in vim exceptionis dilatoriaræ iuramentum in defectu probationis deferendum sit, inquit deferendum non esse, ut voluit glos. magna in princip. ff. quod met. causa. Nam vbi lex requirit apertissimam probationem, iurisiurandum non deferatur, ut inquit glos. ibi. at tex. in cap. pia, in versic. apertissimis documentis, de exceptio. lib. 6. inquit in exceptione excommunicationis probationem requiri apertissimis documentis, ergo, &c. & ita inquit Roman. per illum textum iuncta glos. in d. cap. fina. & in additione ad Roman. in d. singul. 200. & late sequitur Ias. in l. admonendi, colum. 92. & 93. num. 282. & num. 284. ff. de iureiuran. & Felin. in rub. extra de probatio. in 3. conclusio. & Raphael. in l. fina. questio. 57. C. de reuocan. donatio. post eos, quos allegant. & iterum idem tradit Roman. in singul. 211. tu scis, quod datur annus.

Præterea casus, in quibus iurisiurandum non deferatur in supplementum probationis, refert Petrus à Dueñas in regul. 30. in 3. ampliatione. Id autem, ut inquit Alexand. de Neuo in consil. 29. numero 6. in eodem volum. inquit glos. in d. capit. mulieri, extra de iureiuran. tenere quod in causa matrimoniali in defectum probationis iurisiurandum deferendum non sit, prout etiam dixit Bald. in d. l. in bona fidei. C. de iureiuran. Butrius tamen in d. capit. mulieri, inquit arbitrio iudicis relinquendum esse prout dixit etiam Abb. ibidem & id late declarat, & idem voluit Angel. de Castren. in consil. 34. num. 5. in eod. volum. consil. matrim. diuers. Item hanc contrariam opinio-

nem, quod iuramentum suppletium non deferatur in causa matrimonii, tenuit etiam Alex. de Neuo in consil. 35. num. 31. in eod. 1. volum. consil. matrimon. diuerso. & Iacob. Leonissa in consil. 47. num. 10. in eodem volum. vbi inquit tale iuramentum deferendum non esse. & inquit esse communem opinionem Dd. in d. c. mulieri, licet Hostien. ibid. contrarium teneat: Attamen in hoc cum aliis conuenit, quod pendeat ab arbitrio iudicis, qui inspicere debeat qualitates, & condiciones personarum, & alias qualitates, prout etiam in aliis causis fieri consuevit, ut habetur in in cap. fin. extra de iureiuran. & notat gl. in l. in bona fidei. C. de iureiur. Præterea hanc conclusionem sequitur etiam Grauatius, & inquit tunc procedere & locum habere, vbi cunq; plusquam semiplene in causa matrimoniali probatum est: Quandoquidem si semiplene tantum probatum sit, iudicis arbitrium nunquam locum habere posset, cum communis conclusio, (de qua supra,) aduersetur: nã iuramentum suppletorium tunc tantummodo locum habet, cum plusquam semiplene probatum est. Nec aliter intelligunt Hostien. & Archid. in locis supra deductis, & præsertim Abbas in d. c. mulieri, num. 6. versic. Quid enim, si actor. afferunt enim exempla semiplenam probationem excedentia, ut enim ipse arbitratur, communis sententia intelligenda est, ut vbi cunq; plusquam semiplene probatum est, iuramentum suppletorium deferri potest: & id tunc verum est, & procedit, nisi iudici aliter videatur. Ipse enim arbitrio suo rem speculatur, ut voluerunt Hostien. & Archid. & Abbas declarat rationem. Finge itaque iuuenem quempiam, licet claræ sit familiæ, pauperem tamen, lusorem, inconstantem, ac vitiis plurimis deditum, puellam quampiam in matrimonium petere, æque natalibus parem seu maiorem & honestam ac diuitem, & quod iuuenis eam petens plusquam semiplene intentionem suã probauerit, & ideo iurisiurandum ad suppleendam probationem sibi deferri petat, utique bonus ac peritus iudex omnibus diligenter perspectis iuramentum non deferret. Vnde subdit, quod licet certum sit iurisiurandum suppletorium semiplene probanti deferendum non esse, ut est communis conclusio: attamen si ille iuuenis plusquam semiplene matrim. vel quid aliud probauerit, adhuc tamẽ ei iuramentum suppletorium deferendum nõ esse, ut ibidem late habetur, num. 20. vbi etiam tenet in terminis nostris huiusmodi iurisiurandum suppletorium deferendum non esse in causa matrimoniali, & videas ibidem, num. 24. cum sequentib. & id maxime in causa matrimonii clandestini verum est: & videas ibidem vsque in finem, & limita, ut ibidem latius habetur. & hanc declarationem tenuit Nicol. Anton. Crauet. in eodem consil. 82. num. 15. vbi tenendo prædictam conclusionem intelligit, ut tunc iurisiurandum suppletorium deferatur, vbi cunq; plusquam semiplene alter ex coniugibus probat, ut puta vno probatæ opinionis teste, & altero nõ æque idoneo, vel testibus de auditu aliaue præsumptione, ita ut plusquam semiplene probatum sit: Nam tunc omnes Doctores in hanc sententiam conueniunt, ut in eo casu in causa matrimoniali iuramento suppletio locus non sit, ut dixit glos. fin. in c. vidua, extra de reg. & Abb. in d. c. mulieri, num. 6. versic. quid enim si actor. & Paul. Castren. & Alex. in d. l. 3. in princ. vterque volum. fin. ff. de iureiuran. & ibidem Ias. num. 26. & Bal.

in d.l. in bona fidei, vbi Salic. & idem Iaf. in d.l. admonendi, colum. 16. & Roman. Alex. & reliqui. & praesertim Iaf. in 1. lectura, num. 105. & in repetit. num. 231. vbi post ceteros refert casus omnes, quos supra inquit enumerasse, & alios quos ob eorum pondus & arduitatem iusiurandum suppletorium non deferretur, nec locum habet, vbiunque in causa plusquam semiplena probatio facta est: tunc enim in spiritualibus causis matrimonialibus ceterisque arduis tale iuramentum cum aliquo temperamento, de quo ibi deferretur, vtruta si probus sit vir ille, cui deferendum sit, vt infra: & hanc limitationem seu declarationem necessariam esse ac notandam dixit Iaf. & comprobatur Boerius in d. consil. 40. num. 69. & Socin. in consil. 136. vol. 1. & Corn. in consil. 135. col. fin. vol. 1. & Bal. in consil. 122. & in consil. 123. vol. 2. & Paul. Castr. in consil. 87. vol. 2. & Alex. in consil. 264. viso processu vtriusque causa, col. 3. versic. intelligemus. & in consil. 407. in causa, col. fin. vol. 3. & Tiraquel. in tract. de penis, in casu 51. num. 47. & Aymon Crauetta in consil. 73. num. 24. & 26. & in consil. 198. num. 10. vol. 1. & Lancel. Contrad. vbi supra, in 8. limitas. Hac enim communiter conclusio recepta est, vt attestatur Curtius iunior in d.l. admonendi, num. 67. versic. postremo perpetuo. vbi facile inquit accidere posse, vt ultra semiplenam probationem aliquid probetur, vt ei iusiurandum hoc suppletorium deferatur & ideo Hostiensis in d. c. mulieri, qui pro affirmatiua opinione a Doctorib. citatur: & ait huic opinioni adherere satis apparere eum matrimoniali in causa iusiurandum suppletorium deferre, consideratis tamen circumstantiis id denegandum arbitratur, & exemplum ponit vt supra diximus, in muliere honesti nominis ac diuitem: quae cum aliquo matrimonium inite petat, sibi diuitiis aut vetere gentilium stemmate inferiorem vel aequalem matrimoniumque per vnum testem omni exceptione maiorem probet. Plane stantibus praedictis circumstantiis huiusmodi iusiurandum deferendum esse arbitratur, & in summa hoc idem testatū reliquit in tit. de iureiur. §. & super quibus, versic. Quid de causa monachationis. vbi de iudicis arbitrio remittendum esse censet, vt scilicet habenti bonum testem, iuxta varias ac probabiles circumstantias, iuramentum ipsum probatorium deferatur equidem in hoc casu deferri melius atque vtilius esse censet, & idem tenuit Archid. in d. c. viduas. 27. quaest. 1. vbi attestatur ita in facti specie fieri procurasse. & ideo Abb. in d. cap. mulieri, num. 6. versic. ego indubitate crederem, postquam hac de re (vt ipse ait) difficili disceptauit, ipsam quidem iuramenti delationem in matrimoniali causa arbitrio iudicis committendam dixit, & ad hoc tendit illud, quod notauit Butt. in cap. fin. §. in autem, extra de offic. deleg. & in c. edoceri, colum. 2. extra de rescript. vbi quae grauis est causa, quaeue leuis sit, arbitrio iudicis relinquitur, & tradunt recentiores in d. c. si pro debilitate, extra de offic. deleg. cum id a iure determinatum non reperiatur. & ideo si iudicis arbitrio committitur mirum non est. l. i. vbi Bal. Cod. de iure deliber. & Abb. in c. in causis, extra de offic. deleg. & Decius in cap. sedes, num. 8. extra de rescript. & tradit Lucas de Penna in rub. C. de dela. lib. 10. & Paris. à Puteo in tract. sindic. in verbo, Potestas qui habet, versic. nam iudex. & Thom. Grammat. in decis. 39. num. 10. Ea namque, quae sub certa regula trahi non possunt, iudicis arbitrio committuntur, vt illud quod sibi aequum visum fuerit,

decernat. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligatio. & l. i. ff. de effra. Maximum nempe in iudicis pectore in his causis decidendis residet arbitrium, adeo vt omnis poena etiam a iure determinata, iudici arbitraria sit, vt illam quantum quoquo modo sibi videbitur, augeat vel minuat, cum temperamento tamen, vt legitima causa id agat. l. hodie, & ibi tradis Accursius ff. de penis. & Bal. in l. & si feuerior. C. ex quibus causis infam. irroge. & Bart. in l. quid ergo. §. poena grauior, vbi Alex. in apostillis. ff. de his, qui notan. infam. & Roman. id consil. 376. Quaestio est. & late Iaf. in §. sed ista, colum. penult. & si. Instir. de actio. & Felin. in c. quoniam frequenter. §. porro, colum. 2. extra vt lite non contest. & Marsil. in sua praxi, §. diligenter, num. 24. cum sequen. & Didac. Couar. in tract. varia. resolutio. cap. 9. numero 6. Hinc Alexan. & ceteri in l. numm. ff. de in litem iuran. & in l. videamus. §. deferre. in eodem tit. voluerunt, quod iudex iuramentum deferendum esse censere possit, vbi tamen illud iure deferri debet. Debet autem non deferre vbi deferendum non est, alioquin ab eo appellari potest, prout est communis opinio, vt attestatur Io. Bapt. Plotus in l. si quando, in vltima ampliatione, num. 754. C. vnde vi. quicquid Iaf. nonnullique alii dixerint in d. l. numm. volentes iudici liberum esse deferre, aut non deferre iusiurandum, nec ob id ab eo provocari posse. Hac de re late tradit Felin. in c. exceptionem, extra de except. & Decius & Curt. in l. in actionibus, num. 7. ff. de in lit. iuran. & Didac. Couar. lib. 2. cap. 11. num. 5. & late ibidem per Grau. num. 19. Contrarium autem tenere videtur Franciscus Marci in decisio. 685. num. 5. dum vult, vt si mulier probet per vnum testem tantum, iusiurandi delationi locum non esse, etiam quod sit persona honesta. & ratio est, quia de quasi statu hominis tractatur, cum constituatur seruitus, secundum glos. in d. c. mulieri, quae mouetur per c. fin. eod. tit. Hinc etiam est, quod de causa matrimonii compromitti non potest, cum sit causa ardua. c. causa, in fi. extra de integ. restitut. prout etiam nec transactio locum habet in matrimoniali causa, c. fin. extra de transactio. Huiusmodi namque causae a iudicibus discretis tractari debent, qui cognoscendi potestatem habeant, cap. 1. in fine, extra de consanguinitas. & affinit. & ideo de consuetudine curiae causae matrimoniales episcopis tantum committuntur, & si aliter sit de iure, secundum glos. & Panormitan. ibi, in cap. coram, extra de offic. delegat. & ideo inquit pro praedictis facere illud, quod habetur per glos. in l. tertia. ff. de iureiuran. super verbo, agatur, quae vult, vt in casu matrimoniali vel monachationis iuramento delatio locum non habeat, de quo articulo ibidem late tradit Bart. Paul. Castren. & Alexan. per ea, quae dixit Panorm. in d. c. mulieri. vbi faciunt quandam distinctionem in hoc articulo, & ideo dixit ad hoc illud adduci posse, quod tradit glos. & sequitur Bar. in l. manifeste ff. de iureiuran. & etiam illud, quod dicitur, quod reus cogatur iurare, aut referre iuramentum, alioquin pro confesso habeatur, in casu nostro locum non habere, vbi reus iustam habet causam recusandi iurare, vtruta ex natura causae, vel quando actor nihil probauit, vt inquit Specul. in tit. de iuramenti delatione. §. 1. versic. si autem actor. Item idem Francisc. Marci in eadem decisio. 685. numero 11. volum. secundo. inquit non ob stare, quod supra fuerit oppositum in causa matrimonii, iuramenti delationem locum

non habere: quia respondetur, id verum esse quo ad iurandum decisivum: quia postquam est iuratum, ulterius quicquam curandum non est. *l. i. ff. de iureiur. & l. i. C. eod. tit. & c. & si Christus, extra de iureiur.* secus vero in iuramento de veritate, cum non tendat ad decisionem causæ, sed remanet partii ius saluum in probationibus faciendis, ut dixit Panormitan. *in d. c. ex literis, extra de iureiuran.*

Verum redeundo ad primam conclusionem, quod in causa matrimonii iurandum non deferatur, hanc conclusionem tenuit iterum Francisc. Marci *in decis. 753. num. 1. volum. 2. & si Aymon Crauet. in consil. 207.* velit iuramentum supplere simplicem probationem. Omittendum etiam ultimo loco hæc de re non videtur illud, quod dixit Franc. Marci *in decis. 685. nu. 3. & 4. vol. 2.* dum inquit, quod in causa matrimonii si reus neget actori onus probandi incumbere, ita ut actore non probante reus absolvatur, *cap. 1. & 2. extra de clandestina desponsat.* etiam quod videatur regula repugnare, quæ vult ut probare ille debeat ea, quibus fundat suam intentionem, ut dixit Bart. *in l. illa, num. 6. & ibidem Ias. num. 14. ff. de verborum obligatio. & c. auditus, extra de prescriptio.* & hoc etiam si oporteret reum negativam probare. & tradit Innocen. & sequuntur alii, *in cap. super his, extra de accusatio. & Alciat. in tract. prescriptio. in regula prima, prescriptio. 49. num. 7. & tradit Crauet. in consil. 112. num. 6.* Vbi ultra prædicta inquit in casibus, in quibus negativa præsumitur, saltem alleganda est, & est text. *in l. 1. & in l. in exceptionibus. ff. de probat. & in l. matrem. C. eodem. & Bart. in l. non solum, §. sed ut probari, colum. 2. ff. de oper. novi nuncia. & iterum voluit Crauet. in consil. 249. num. 1. & in consil. 218. num. 7. & in consil. 195. num. 5. volum. 2.* Est igitur adeo necessaria probatio actoris reo negante, ut actore non probante reus absolvendus sit, *capit. 1. & 2. extra de clandest. desponsatio. & ibidem notat gl.*

Ratio autem est, quia ecclesia non iudicat de occultis, *c. erubescant. 32. distinct. & cap. 1. extra ut ecclesiastica benefic. & ideo dixit Panor. in d. cap. 2. extra de clandest. desponsatio.* quod ubi matrimonii probatio deficit, à reo iuramentum exigendum non sit, sed potius absolvendum esse. Nec obstare inquit text. *in c. continebatur, & in cap. attestaciones, extra de despons. impub.* ubi iuramentum deferri apparet, propterea quod ibi quædam pro matrimonio suspicio aderat: alioquin secus dicendum esset, & licet credatur dicto viri de carnali copula mulieris cum iuramento. nisi contrarium probetur: & hoc quando mulier in domum viri deducta est, ut ibi habetur: attamen secus est, cum de matrimonii essentia agitur, ut inquit Panormitan. *in d. cap. 1. & ad hoc inquit optime facere text. in d. cap. mulieri, extra de iureiuran.* ubi tradit etiam gl. propterea quod actore non probante reus absolvendus est, *cap. fina. eodem tit. & l. qui accusare. C. de edendo.* Ad hoc tamen animadvertendum est, quatenus concludere videtur dicto mariti standum esse de copula carnali: an id procedat in locis, in quibus extant statuta, ut maritus per consummationem matrimonii dotem lucretur. Nam in eo casu viris fides adhibenda non videtur ea potissimum ratione, quod in causa propria deponere videatur,

& præsertim quia ex tali depositione commodum & utile consequatur.

CAP. CCCLXXII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum semper restringitur, ut sint salva iura superioris.

SUMMARI A.

- 1 Iuramentum nunquam præiudicat iuribus superioris, & ideo superioris auctoritas semper excepta intelligitur.
- 2 Iuramentum seruandum non est, ubi constat superiorem seruari nolle.
- 3 Debitor, qui se cum iuramento obligauit, & promittit nullam exceptionem opponere, non obstante tali iuramento, si superior ei concessit dilationem quinquennii, poterit talem exceptionem opponere.
- 4 Periurus ille non dicitur, qui iuramentum non seruat ex causa à iure permessa.
- 5 Sistere in iudicio si quis iusto impedimento detentus non potest, non incidit in pœnam etiam per iurii.
- 6 Auctoritas legis in quolibet iuramento excepta intelligitur.
- 7 Scholaris, qui iurauit non exire Bononia sine licentia creditoris, & deinde à patre vel episcopo suo exire iubetur, an incidere dicatur in periculum.

Omittendum etiam non est, quod iuramentum superioris iuribus non præiudicare, & ideo semper superioris auctoritas excepta intelligitur, ut inquit Marian. Socin. senior *in capitulo, inter solitudines, num. 86. extra de purgat. canonica. per tex. in cap. venientes, & cap. beatus. 22. quæst. 2. & in cap. non est, extra de voto. & tradit Ioan. Andr. in cap. quia plerique, extra de offic. ordinar. libro sexto. & Didac. Couarru. in §. 3. in prima partis relectio. de pact. ubi expresse vult, ut in quolibet iuramento intelligatur semper excepta superioris auctoritas. Præterea, quod per iuramentum non intelligatur derogatum iuri ipsius superioris, & ideo seruandum non sit, ubicunque constat superiorem nolle seruari: quia hæc superioris voluntas, dummodo de ea non constet, sufficit ad hoc ut iuramenti obligatio remissa intelligatur, dummodo tamen superior ex causa iuramenti vinculum remiserit, ut notatur *in cap. constitutus, extra de rescript. & tenet etiam Thom. Gaieta. in secunda secunda, quæst. 89. artic. 9. & 10.* Item hanc conclusionem sequitur Decius *in consil. 352. num. 8. parte 3.* & mouetur ultra prædicta, per ea quæ dixit Bart. *in l. ff. ad municip. & idem inquit notare Oldrad. in consil. 97. factum tale est.* & intulit ibi ad quæstionem debitoris, quod si se cum iuramento obligauit & promittit, nullam exceptionem obicere: Nam non obstante iuramento si superior ei dilationem ad quinquennium concesserit, poterit exceptionem obicere. & ratio est, quia superioris auctoritas reseruat intelligitur, ut dixit Cynus *in l. fin. in 4. quæst. C. si contra ius. & ibidem Salycet. circa finem, & Castren. in l. fin. ff. qui satisfacere cogan. & rursus Paul. Castren. in l. fin. num. 1. eodem titulo.* & inquit eum periurum non dicendum non esse, qui huiusmodi iurandum non seruat ex causa à iure permessa, & ponit exemplum ibidem per text. *in l. secunda. §. fin. ff. si quis cautio.* ut puta si iusto impedimento detentus in iudicio sistere non potuit: & generaliter ubicunque, si non*

iurasset, in pœnam pecuniariam non incideret, si promissa non seruet ob iustam causam, ibi si iuravit non incidit in pœnam periurii. Id autem ideo est, quia lege permittente fecit, & in omni iuramento ꝑ legis autoritas excepta intelligitur: & ad hoc inquit afferri consueuisse illam legem, quæ etiam de autoritate superioris intelligitur, cui obedire tenebatur. *d. l. fin. ff. ad municip.* & id subdit Castren. induci ꝑ ad illam quæstionem de scholari, qui iurauerat è Bononia non recedere sine licentia creditoris, (de qua supra tractauimus,) si deinde à patre vel suo episcopo reuocetur, aliove suo superiore, vt domum redeat: & ideo recesserit nõ impetrata licentia à suo creditore, an in periurium incidere dicatur? & inquit dicendum eo argumento non incidere, & eam quæstionem dicit disputasse Federic. de Senis in *consil. 186.* & infert Castren. in loco supra relato, ad quæstionem Cyni, (de qua supra diximus:) & iterum infert ad aliam quæstionem quam posuit idem Cynus in *d. l. fin. quæst. 4. C. si contra ius, vel util. public.* de debitore, qui iuravit nullam exceptionem obicere, (de qua supra tractauimus,) ac etiam ad aliam quæstionem de eo, qui promisit seruare laudum, & illud ad arbitrium boni viri non reducere: & inquit tacitam conditionem continere, videlicet si laudum equum sit. *l. si libertis. ff. de oper. libert.* quæ etiam eodem modo in iuramento esse intelligitur: & ideo si petat reduci & obtineat ob id quod iniquum sit, in periurium non incidit, vt est casus in *cap. Quintanallis, extra de iureiuran.* secus vero si succumberet, vt habetur in eo text. & tradunt Doct. in *l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio.* & tangit Bart. in *l. Iulianus. ff. de condit. in deb.* Intelligit tamen id verum esse, & procedere, si iusta causa post iuramentum superueniat, & ideo de eo cogitatum non videtur, nec ei renunciatum: quandoquidem iusurandum ad incognita non trahitur etiam de iure canonico. Præterea Abbas in *d. cap. veniens, num. 2. extra de iureiuran.* notat illum text. quotidie ad hoc addi, quod iuramentum non obligat subditum iurantem in præiudicium iuris vel autoritatis superioris, & ideo superiori videtur relicta illa facultas, vt iurans contra proprium iuramentum ire possit: Et id intelligit in iuramento præstito in materia pertinente ad superiorem, vt *ibidem late habetur:* alias vero secus, vt dixit idem Abbas in *cap. quanto, eodem tit. de iureiuran.* & *ibidem* etiam infert ad illam quæstionem de scholari, de qua supra late diximus, qui iuravit non recedere de Bononia, vel districtu Senensi, antequam suo creditori satisfaceret: Nam si antequam ei satisfaciat ex iusta causa reuocetur à patre vel eius episcopo, inquit eum recedere posse. & ratio est, quia non potuit clericus in præiudicium iuris & autoritatis superioris se obligare, vt *ibidem* habetur, & tradit Ioan. Andr. in *c. in malis, de reg. iur. in 6. in mercualib.* nisi habita licentia à superiore, seu episcopo in studio degeret, & ob studii necessitatem contraxisset, propterea quod tunc cum licentia episcopi, qui licentiam ei dedit, se obligasse videtur. Ratio autem est, quia vno concesso, omnia intelliguntur concessa, sine quibus illud quod concessum est, in esse deduci non potest, *cap. præterea. C. cap. prudentiam, extra de offic. deleg. C. l. ad rem mobilem, C. ad legatum. ff. de procurat.* & idem per omnia concludit in patre reuocante filium, qui eodem modo iuraf-

set. Et idem inquit *ibidem* Abb. putare de quolibet subdito dicendum esse, propterea quod ciuitas, seu Princeps suo subdito præcipere potest, ne exeat districtum suum, vel ne ad quædam loca se conferat, & *ibidem* habetur in *cap. fin. C. facit illud, quod ibi notatur. ff. de decret. ab ordine facien. C. l. mercatores. ff. de commer. mercat.* Nõ potuit igitur subditus se obligare ad manendũ extra in præiudicium iuris superioris, nisi superior prius expresse vel tacite licentiam dederit. id quod diligenter notandum est in forensib. qui sine sui superioris licentia ad quoddam conuentum tempus in studio legere promittunt. Est tamen animaduertendum, quia non videtur hac conclusionem firmari, vt se obligare non potuerit: sed quod non obstante iuramento id, quod iuramento promisit obseruare, cogi ac compelli non possit, & de sua obseruantia tractari videtur.

Item eandem conclusionem sequitur idem Abbas in *cap. significasti, num. 8. extra de electio.* & inquit id procedere in *d. cap. venientes*, disponente de his, quæ dependent à plena potestate Papæ, & ampliatur vt etiam in voto Pontificis autoritas excepta intelligatur, vt dixit Anton. à Butr. per illum text. in *d. cap. non est, extra de voto. C. tradit Corset. in repetit. rub. extra de iureiuran. in priuileg. 23. C. Siluan. in tract. de iureiuran. in 3. quæst. principali.* Ex prædictis etiam infertur, vt superior possit inferiori concedere, vt contra proprium iuramentum ire possit: id quod an indistincte verum sit, tradit Paul. Castren. & Roman. in *l. fin. ff. qui satisfacere cogan. C. Guiliel. de Cunia ibidem, C. Federic. de Senis in d. consil. 191. quia talis est, C. Imola in cap. cum contingat, colum. fin. extra de iureiuran. C. Abbas in d. cap. veniens, colum. 1. extra de iureiuran.* Qui limitat omnia ea, quæ supra dicta fuerunt: vt puta si filius vel inferior est in studio de licentia superioris vel patris, & victum sibi prouidere non potest: nam si creditor tunc, instet vt nisi iuret antequam de ciuitate recedat, soluere pecuniam sibi mutuo datam, tunc superiorem inferiorem reuocare non posse: nec patrem filium sine periculo periurii. & ratio, quia videtur contraxisse de licentia superioris vel patris sui, ex quo in vrbe in studio est de eorum licentia, vt dixit Abbas in 1. colum. de iureiuran. & ita limitatur in *cap. veniens.* Secundo loco limitat hanc conclusionem Felin. in *c. constitutus, num. 24. versic. limita quarto, extra de rescript.* videlicet quod licet in iuramento intelligatur excepta autoritas Pontificis, id tamen intelligendum esse, nisi incertũ sit, qui vere sit Pontifex, duobus scilicet de Pontificatu certantibus: quandoquidem tunc eorum nullius autoritas excepta intelligitur, vt dixit Petr. de Anchar. in *tract. schismatis, prout etiam ipse refert in conf. 62.* Pro declaratione dubiorum, in *fin. C. in consil. 281. in auxilium veritatis, in fi.* scribens contra Cardinales, qui iuerunt contra iuramentum Gregorii XII. qui cum alio de summo Pontificatu certabat. & hæc omnia inquit notanda tanquam minus ordinate relata in aliorum lecturis. Præterea Bart. in *d. l. Imperatores, quæ est final. ff. ad municipal.* in primis notat, ideo in iuramento intelligendum esse exceptam autoritatem superioris: quia non valet argumentum, quo quis iurat non facere illud, quod superiores præcipiunt, vt *ibi per eum.* Præterea hanc conclusionem sequitur Ioannes Marian. Riminaldus in *consil. 425. num. 37.*

num. 37. & 48. volum. 3. per text. vltra predicta in l. er-
ror. ff. ad municip. Præterea, quod iuramentum au-
thoritati superioris non præiudicet, extat decif. Pe-
demont. 78. num. 20. & tradunt Domini de Rota
in decif. prima, num. secundo, fol. 52. de iureiuran. in no-
uis. & Felin. in cap. constitutus, extra de rescripton. in
versic. *Authoritas Papa est exempta*, fol. 117. & id quo-
modo procedat, tradit Felin. *ibidem*, num. 22. Item,
quod superioris autoritas excepta intelligatur,
tradit Neuizanus in consil. 62. num. 28. & Imola in di-
cto capitulo veniens numero 4. extra de iureiuran. & id-
eo dixit Franch. in capitulo primo, numero 4. de sepult.
in sexto, iuramentum non infringere illum, qui
contrafaciatur superioris autoritate. Vnde dixit
Baldus in l. fin. ff. qui satisfacere cogantur, ex prædictis
apparere vrbium subiectiones, quæ cum iuramen-
to fiunt, in superioris præiudicium non valere, &
in eo casu illud inquit subftrineri posse, quod notat
gloss. in dicta l. adigere. §. *quamuis*, extra de iure patro-
nat. quæ dixit quod Imperator in remissione iu-
ramenti vim Apostolicam habet, & notat Bald. in l.
fin. C. de non numer. pecun. præterquam quod illam
gloss. simpliciter sequitur Bald. in multis locis, con-
cludens vt etiam statutum & lex iusiurandum re-
mittere possint. & in l. nec patronus. C. de oper. lib. & in
dicta authent. sacramenta puberum. vbi tradit etiam Sa-
ty. et. C. si aduers. venditio. quod tamen aliter non at-
tingit: quia postquam est nullum, merito potest à
Iudice nullum declarari. Ita enim ibi disponit con-
tra iuramentum & eius vires, cum sit nullum &
nulliter interpositum. Præterea idem sequitur A-
lexand. in l. qui iurato, num. 2. ff. qui satisfacere cogan-
tur, dum ibi inquit, iuramentum intelligi excepta
autoritate superioris, cap. venientes, extra de iureiur.
& l. fin. in princ. ff. ad municip. Appellatione autem
superioris in hoc casu, venit etiam pater, cui paren-
dum est. l. 2. ff. de iustitia & iure. & ideo concludit Fe-
deric. in dicto consil. 191. *questio talis est*, & c. & Ioannes
Andr. in cap. in malis, extra de regulis iuris, lib. 6. in mer-
curialibus. & Imola in cap. cum contingat, in vlt. car. ex-
tra de iureiuran. & ibidem ipse quoque ad quæstio-
nem scholaris infert, de quo supra. Item eandem
conclusionem sequitur Ias. in l. fin. num. 6. ff. qui satis-
facere cogantur. Dixit tamen Ioannes Neuizan. in
consil. 66. num. 36. non obstat, quod in iuramento
autoritas superioris excepta intelligatur: Nam
respondes intelligendum esse superioris scilicet
Ecclesiastici, prout vere loquitur obiectum non
autem laici, propterea quod laicus potestatem non
habet super iuramento, cum ad Ecclesiam spectet.
cap. venerabilem, extra de electio. & cap. fin. extra de foro
competen. cum similibus. & Alexand. in consil. 56. viso in-
strumento, volum. 1. & Ias. in l. fin. colum. 3. ff. qui satis-
facere cogantur. & in dicta authent. sacramenta puberum,
colum. penult. & fin. C. si aduers. vendit. & Alexand. in
in apostill. ad Bart. in l. cum heredes, colum. 2. ff. de acqui-
ren. possess. & recentiores in l. quoties, colum. 2. C. de pre-
cibus Imperat. offerend. Secundo modo respondet
quod quando iuretur à non subditis, ex quo de
Principis præiudicio non agitur, merito talis au-
thoritas excepta non censetur, vt dixit Panormit.
in cap. quanto, colum. 2. extra de iureiuran. & Silua. in
tract. de iuramento, cart. 6. col. 4. in fin. & Felin. in di-
cto capitulo constitutus, col. 6. versic. eo modo, extra de re-
script. & idem voluit Barbat. in cap. pastoralis, num. 4.
extra de offic. deleg. vbi inquit Bald. in cap. 1. §. fin. in tit.

de pace iuramen. firman. alias in l. imperialem, in tit. de
prohibita feud. alien. per Federic. tenuisse, vt in quoli-
bet iuramento à subditis præstito intelligatur ex-
cepta maiestas Imperatoris, & extendit illum text.
ad Regiam quoque maiestatem in quolibet iura-
mento à Regnicolis præstito, vt scilicet Regis
persona excepta videatur: & ideo videretur ex præ-
dictis, vt non procedat præcedens limitatio, vt re-
gula solummodo procedat in superiore Ecclesia-
stico. Præterea idem Barbat. in dicto cap. constitu-
tus, num. 84. extra de rescript. inquit: Aut iuramen-
tum vel statutum factum super re ad summum
Pontificem spectante, & tunc semper eius autho-
ritas excepta intelligitur: Aut vero est præstitum
super re propria & tunc non ceseatur excepta, nisi
sit materia, in qua dispensare possit: nam in eo
etiam casu excepta intelligitur. cap. proposuit, extra
de concess. præben.

CAP. CCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Iuramentum an retractetur in-
strumentis nouiter repertis.

SUMMARIÆ.

- 1 Iuramentum tam iudiciale, quam necessarium re-
tractari potest per instrumenta nouiter reperta.
- 2 Iuramentum delatum in supplementum probatio-
nis, quia testamentum non apparebat, an possit re-
uocari, si deinde testamentum in lucem veniat.
- 3 Differentia, an detur inter iuramentum necessarium,
& alia iuramenta.
- 4 Textus in l. admonendi, ff. de iureiur. declaratur.
- 5 Sententia, an possit per testamentum retractari.
- 6 Iuramentum & sententia, equiparantur.
- 7 Exceptio pacti de stando iuramento, impedit litis re-
gressum.

Adendum est etiam suprascriptis, ¶ iuramen-
tum tamen iudiciale, quam necessarium retra-
ctari posse ob instrumenta recentiora reperta, vt in-
quit Ias. Lanfranchus Balbus in decisio. 139. dum
inquit hanc esse nouam opinionem Christoph. de
Castellio. & Francisci Curt. in l. admonendi, cart. 32.
ff. de iureiuran. pro qua opinione inquit gloss. quam
sequuntur Ioannes Andr. Imola, & Geminian. in
cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6. & si antiquiores Docto-
res nostri, vt plurimum contrarium firmauerint:
Est tamen animaduertendum, quod Alber. de Ro-
late in dicta l. admonendi, num. 14. aliter declarando
inquit autoritate Iacobi de Rau. inferendo ad quæ-
stionem, quæ in facto contigit, & est huiusmodi,
quidam in testamento quidam legatum reliquit,
¶ & iudex in defectum probationis, quia testamē-
tum non apparebat, ei iuramentum detulit: Ille au-
tem iurauit legatum sibi deberi, vel econtra detulit
hæredi, & ille iurauit, quod illi legatario non debe-
retur: sed deinde apparet & producitur testamen-
tum, ex quo apparet illud de quo præstitum est, iu-
ramentum verum non esse: inquit Alber. in eo ca-
su iusiurandum retractari, ex quo testamentum
deinde repertum est, & de hoc inquit esse casum in
l. fin. C. de iureiuran. & inquit tunc exponendum es-
se, dum dicitur, constitutionibus Principum, vti
habemus, & fit mentio in d. l. fin. & his statibus in-

3 quit ibidem Alber. in d.l. admonendi, † non appare-
re, quanam sit differentia inter iuramentum ne-
cessarium, & alia iuramenta. Dicit tamen esse ca-
sum singularem contra regul. in qua omne iura-
mentum siue sit necessarium, siue voluntarium, si-
4 ue iudiciale, id est, in casu d.l. fin. C. eodem. † Subdit
tamen hanc declarationem procedere non posse,
& communiter reprobari ex infrascriptis, & pri-
mum inspecto sine d.l. admonendi, quæ expresse fa-
cit differentiam inter iuramentum partium volun-
tate præstitum, & necessarium à iudice.

Secundo, quia d.l. admonendi, de d.l. fin. diuinare
non potuit, & Liubemus. C. de testam. cum post d.l. ad-
monendi, diu emanauerint cum d.l. fin. noua sit lex
Iustiniani. Hæc tamen responsio ab illa quæstione,
de qua l. i. ff. de leg. i. videlicet an compilatores no-
uas leges accommodauerint antiquis & e contra,
ita vt antiquiores in illis partibus in quibus erant
correctæ, in illis autem partibus in quibus in viri-
di obseruantia remanebant, credo olim tractasse in
l. i. ff. de leg. i. cum Pisis publice profiterer. Subdit
præterea Albericus, illam conclusionem non pro-
cedere, quia in illa lege de vlla rei absolutione mē-
tio nō fit, nec de iureiurando delato à iudice: quin-
imo delatū ibi videtur ab herede ipsi legatario. Ve-
rū posito quod illa l. admonedi, casum poneret spe-
ciale contra regulam, & id denotet dictio illa in-
terdum, & ideo in casu speciali nouis scilicet reper-
tis instrumentis iusiurandum retractetur & senten-
tia, alias vero nequaquam. Alii autem, subdit Alber.
voluerunt, d.l. admonendi, in causis tantum publicis
intelligendam esse, vt scilicet in eis deferatur: secus
vero in priuatis. Verum & hanc quoque declara-
tionem non probat, cum d.l. admonendi, indistincte
loquatur, & præsertim cum idem sit tam in pri-
uatis, quam in publicis. d.l. generaliter, C. de iureiuran.
ac etiam de sententiis aduersus fiscum latis, vt ha-
betur in l. i. C. de iure fisci lib. 10. Alii vero dicebant,
aut deficit in probādo dolo aduersarii, & tunc pro-
cedat d.l. admonendi, alioquin locum non habeat. Id
autem Alberic. non probat, argumento l. sub præ-
textu. C. de transactio. & d.l. admonendi, in versic. fin. Ro-
manus autem in singul. 198. num. 1. cum sequentibus.
de hac materia loquens primo confirmans, vt iura-
mentum iudiciale retractetur prætextu iuramen-
ti, vt habetur in l. fin. C. de reb. credit. quo vero ad sen-
tentiam, an & ipsa quoque possit per testamentum
retractari, inquit extare tres gloss. s. vnam in l. si ma-
5 ter ff. de except. rei iudic. quæ vult vt sententia † nullo
modo retractetur prætextu testamenti recenter
reperiti, sed requiratur in integrum restitutio. Se-
cunda vero glossa est in l. i. §. ratio. ff. quemadmodum
testamen. aperiant. quæ dicit posse & loquitur indi-
stincte. Tertia vero est in l. 3. §. item si ipsi. ff. si is, cui
plusquam per l. Falc. quæ vult, vt non indistincte. Vn-
de stantibus his tribus glo. querit Romanus in hac
ambiguitate, quid sit dicendum, cum nullus repe-
riatur Doctor, qui id attingat: & ideo subdit glo. in
d. l. i. §. ratio, veram esse, per text. in d. l. de his. C. de trans-
actio. & per text. in d. l. i. §. ratio. ibi, neque apud iudi-
cem exquiri aliter veritas potest. Vnde patet sen-
tentiam & transactionem in hoc æquiparari, vt
non valeant, nisi cognitis verbis testamenti. Licet
ergo transactio prætextu iuramenti retractari non
possit. d. l. sub prætextu. C. de transact. prætextu tamen
testamenti retractatur. l. in partes. §. 1. & l. non est fe-

rendus. ff. de transactio. & ideo eadem ratione idem
de sententia dicendum est. Quod autem iura-
mentum † & sententia æquiparentur, est textus
in l. nam & postea. §. qui temporali. ff. de iureiuran. sed
illud prætextu iuramenti retractatur, ergo idem
quoque de sententia dicendum est. Præterea nulla
alia ratio d. l. fin. C. de reb. credit. affertur, quam fauor
vltimæ voluntatis, quæ cum pariter sententiæ in-
fit, merito & idem quoque ius de vtroque esse de-
bet, & sic in vtroque dispositio d. l. fin. locum habe-
re potest, & sic ex prædictis concludit illam gloss. in
d. §. ratio. veram esse: & tandem inquit de hoc esse
casum, si recte inspiciatur in d. l. si mater. ff. de except.
rei iudic. Et id inquit simpliciter sequi Sandeum in
cap. suborta, col. 8. extra de re iud. vbi inquit has ratio-
nes à Lud. Rom. deductas sufficere dicendum esse,
& idem voluit etiam Card. & Zabarel. ibidem, est
ibidem alia additio, quæ inquit esse aliam gloss. in
l. 3. §. ff. de transact. quæ sequitur ibi Bal. & in l. de his,
post Guiliel. & Iacob. de Arena. ff. eod. tit. in quibus locis
Ias. post Paul. Castrenf. & Fulgos. sequitur Rom. &
Socin. iunior in reg. 361. in vltima fallent. & idem Ias.
in l. Imperator. in princ. ff. de re iudic. Cassaneus vero in
consil. 68. num. 10. contrarium tenet, & inquit illa iu-
ramenta retractanda non esse, etiam per instrumē-
ta de nouo reperta: & loquitur de exceptione pa-
cti † de stando iuramento, ex quo est exceptio litis
7 ingressum impediens, ac litem contestari: & inquit
connumerādam esse inter exceptiones litis ingres-
sum impediētes, vt dixit Imola in additione ad Bar-
tol. in l. vir bonus, circa medium, versic. item adde quod
notat Bal. ff. iud. solui. Vbi ultra tres enumerat exce-
ptiones litis ingressum impediētes: & ideo actori
appellanti obstat iusiurandi exceptio: & inquit
ad hoc facere illud quod dixit Alexand. in l. 2. ff. de
iureiuran. propterea quod ex transactione seu nuda
pactione facta lite pendente, exceptio litis finitæ
acquiritur, vt dixit Alexand. in consil. 40. num. 7. vol.
5. & id comprobatur ex eo, quod iuramentum à parte
parti etiam in causa matrimonii, (vt supra diximus)
deferri potest, vt dixit Azo in summa, C. de reb. cred.
& Pet. de Anchar. in cap. 1. col. 3. versic. & aduerte tamen,
extra de iureiuran. & in versic. in causa monachatus, sed
de hoc supra vidimus, quatenus ad iusiurandi delationē
pertinet. Præterea, quod iuramenta prædicta etiam
per probationes retractari non debeant, tradit Ab-
bas in cap. iuramentum, col. 2. extra de iureiuran. Præ-
terea de hac re loquens Petrus Bellaperti. in §. per-
sonam, num. 15. & 16. in versic. opponitur. Infit. de actio.
opponit de eo quod ibi dicitur, quod scilicet si ad-
uersario deferente iuramentum sit nō rescindi, nec
de peritio quaeri posse: & ponit tale exemplū: A-
gebam contra te ad centum mutuo data: sed quia
non poteram probare, nisi semiplene, iudex in de-
fectum probationis tibi detulit iuramentum. Tu
iurasti non debere, deinde vero apparet instrumē-
tum, quod mutuum probari potest: nunquid tale
iuramentum, quod mutuum probari potest: nun-
quid tale iuramentum rescindatur? Inquit ita le-
gem scilicet l. admonendi, velle vt rescindatur. ff. de
iureiuran. Verum gloss. ibi ait, text. in d. l. admonendi,
loqui de iuramento voluntario vel iudiciali: in di-
cto vero §. in personam, loqui de voluntario. Volun-
tarium autem iuramentum est illud, quod defer-
tur à parte parti: & ideo inquit iuramentum vo-
luntarium non retractari superuenientibus pro-
bationibus,

bationibus, nisi in casu d. l. fin. C. de rebus credit. Ac secus de iudiciali dicendum esse, vt habetur in l. contraria. Ratio autem est, quia potius parti, quæ detulit imputatur, quam iudici: & ideo inquit proclariori declaratione sciendum esse, tres iuramentorum species continere, quatenus ad id quod agitur pertinere potest, & si iuramentorum multo plures species in genere sint. Quatenus autem ad efficaciam iuramenti pertinet, est iuramentum voluntarium, necessarium & iudiciale, vel extraiudiciale, exempli gratia, tu debes mihi decem, & negas: mando vt tu iures, & tu iuras. Hoc iuramentum præstat tibi exceptionem, nec reuocatur: & quod plus est, non arguitur periurium. l. quod si iurauit te deferente. ff. de act. & obligat. Hoc tamen iuramentum reuocari potest: iudiciale vero est illud, quod defertur à parte parti in iudicio iudice approbato. Tu dicis, iura: & iudex inquit, bene quidem. Vnde ego iuro, tunc oritur, intelligo tamē quod iure veteri oportuisset illud iuramentum suscipere vel referre. l. manifesta. ff. de iureiur. Hoc autem corrigitur, quia non tenetur iurare, nisi velit. l. generaliter. §. si autem. C. de iureiuran. Subdit tamen Petrus id verum non esse, imo quod corrigatur existimare: & ideo inquit id verum esse, vbi iuramentum in iudicio defertur, iudice suadente: vtputa si nolit iurare, nec deferre. Id autem verum arbitratur, nisi ex iusta causa fiat, non accipiendi, nec dandi: vtputa si quispiam mihi iuramentum deferat de facto suo: nam tunc recipere non teneor, nisi referas de facto meo: nam tunc iurare debeo, vel referre dicit. l. manifesta, gloss. autem inquit id hodie verum esse, secus autem olim; at Bellaperrica vult, vt etiam olim idem esset, vt d. l. manifesta. vt habetur in l. iusiurandum & ad pecunias, in princ. eodem tit. Aliud præterea est iuramentum necessarium, quod defertur à iudice parti: vtputa si agam contra te ad centum: Sed cum plene probare non potuerim, nec etiam in totum, in probatione defecerim: tunc cum tu esses absolendus. l. qui accusare. C. de edend. Verum quia probaui semiplene, iudex iusiurandum deferre potest. l. in bona fidei. C. de rebus credit. & tunc potest vtrique deferri, videlicet tam mihi, quam tibi: & tunc ille, cui defertur, iurare tenetur: & ideo si tibi deferat, tu iurare teneris, alias pro confesso habebis, & si iurasti potest contrarium probari per instrumentum. d. l. admonendi. & ideo loquitur de iureiurando voluntario, iudiciali & necessario, vt habetur in rub. & nigro, de iureiurando. Et ideo Corn. in l. videamus. §. iurare. ff. de in litē iuran. declarando quomodo tale iuramentum retractetur, inquit id procedere ex magna causa, hoc est, per probationes post præstitum iuramentum repertas, & sic confirmat præcedentem conclusionem, intelligit declarando materiam, dummodo sententia adhuc lata non sit, vt gloss. in d. §. iurare. ibi. sequuta sit definitiua. & id inquit notandum esse, quia aliter de iuramento decisorio necessario dicendum est, de quo habetur in dicta l. admonendi. ff. de iureiuran. propterea quod illud etiam post sententiam vel instrumenta de nouo reperta retractatur, vt ibidem inquit Corn. dixisse. Videtur etiam fortasse ad prædicta facere, vt ille qui semel generaliter iurauit, quod videtur sufficere. l. si quis cum totum. ff. de exceptio. rei iudic. amplius circa particularem petitionem iurare non teneatur, vnde periurium detegi

posset. Nam regula est, vt vbiunque quis probabiliter timere potest, ne suum periurium redarguatur, etiam quod id ex aliqua consequentia accidere posset, iurare cogi non debet, vt dixit Bart. in l. iusiurandum, quod ex conventionione. §. procurator, versic. habes notare duo. ff. de iureiuran. & Bart. ibidem communiter sequuntur alii. Id autem videtur repugnare iis, (quæ supra diximus,) quod iuramentum esse non debet vinculum iniquitatis, confirmare poteris ex supra sæpe deductis.

CAP. CCCLXXIV.

ARGUMENTVM.

Iuramentum an restringatur ex impossibilitate.

SUMMARI A.

- 1 Iuramentum vbi urget necessitas, nihil operatur.
- 2 Iureiurando promittens aliquem aliquid ratum habiturum, ex quo videtur promittere se facturum, non obligatur.
- 3 Iuramentum videtur continere, vt iurans teneatur facere quatenus potest.
- 4 Iuramentum non ligat vltra illud, quod de iure possibile est.
- 5 Periurium euitare, quando quis dicatur.
- 6 Conditio saltem sicte adimpleri debet.
- 7 Iurans soluere pecuniam, compensando non dicitur adimplere.
- 8 Promissio pecunia per fidelem nuncium non soluentem, excusat à periurio & pena conuentionali.
- 9 Comes obligatus Duci Mediolani per iuramentum, si renouetur à Pontifice, à quo tenet feudum, vt sit in auxilio Ecclesia, tenetur illi obedire non obstante iuramento.
- 10 Citatus personaliter coram Pontifice, non potest se excusare dicendo, quod est adstrictus Imperatori iuramento fidelitatis.
- 11 Iuramento intelligitur exceptus casus impossibilis.

Non operatur quicquam iuramentum ¶ vltra prædicta, vbiunque necessitas urget: & ideo qui illud non obseruat prædicta de causa in periurium non incidit, cap. si vero, extra de iureiuran. & tradit Felin. in cap. querelam, num. 11. extra de iureiur. & Ioan. And. in cap. argumentum, num. 4. de reg. iur. lib. 6. & Afflic. in tract. de iure prothom. in §. 2. num. 16. & Duennas in reg. iur. 102. num. 12. & Rod. in eodem loco, num. 40. & Cassan. in consuetud. Burgun. in tit. des rustices. §. 5. versic. silna grace, num. 20. & ego tradidi in mea praxi iudicia. §. 3. cap. 37. num. 12. & Anton. à Butrio in d. cap. querelam, num. 93. & Orianus in l. 1. num. 59. de offic. eius. & Sebast. Medic. in tract. fortu. casu. cap. 1. part. 6. Præterea hanc conclusionem tenet etiam Patif. in consil. 110. nu. 32. vol. 1. cum inquit, quod si quis promiserit ¶ cum iuramento quempiam ratum habiturum: tunc ex quo videtur promittere se facturum & curaturum. l. quoties. ff. de verb. obligat. & tradit Cynus in l. 1. quæst. 7. C. de procur. & sic licet factum promittat iurando tamen non adstringi ob ipsum difficultatis impedimentum, dicto cap. breui, extra de iureiuran. & probatur in cap. sicut. & clarius in cap. ex literis, il secondo, extra de sponsalib. vbi gloss. & Abbas colum. fin. num. 6. & alii idem firman, & præsertim Præpositus, & rursus idē voluit Abbas post alios in cap.

cap. Gemma, col. fin. num. 9. extra de sponsalib. Mouetur
 3 autem ea ratione, quod iurandum ꝑ præstitum
 intelligitur ad hoc ꝑ viribus efficiat illud, quod
 promittit, prout etiam voluit Felin. d. cap. ex rescri-
 pto, col. penult. num. 14. extra de iureiuran. & ideo præ-
 stando diligentiam & operam liberatur à periurio,
 vt etiam inquit firmare Corn. in consil. 192. col. 2. vol.
 1. & Aret. in d. consil. 14. col. 4. & sequitur Raynerius in
 l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligat. in 9. opposit. & Barr.
 num. 66. & Decius in consil. 313. col. 2. num. 3. & col. fin.
 & recentiores in rubr. de fideiuss. nu. 159. & idem habetur
 in decis. Neapol. 295. vbi realiter & corporaliter præ-
 stito iuramento, eo non obstante bis iudicatum fuit,
 difficultatem promissorem qui iurauit, liberare à
 periurio: quandoquidem iuramentum cum præ-
 cise non attingit difficultate stante vel superueniē-
 te. Accedat etiam, quod tale iuramentum limitate,
 & secundū qualitates comprehensas in prima pro-
 missione præstitum censetur, vt ibidem latius tradit
 Paris. & idem etiam voluit Corn. in consil. 238. num. 18.
 4 vol. 1. vbi iuramentum hoc non ligare, ꝑ vbi-
 cunque de impossibili tractatur tam de iure, quam de fa-
 cto, (vt supra diximus) expresse habetur, argumen-
 to text. in l. impossibilem. ff. de reg. iur. & cap. ad impos-
 sibile, eodem tit. de reg. iur. lib. 6. Idem præterea dixit
 Augustinus Berous in cap. 1. num. 81. extra de vsur. in-
 quiens, quod ille qui iusta de causa iuramentum nō
 adimplet, illud adimplere non dicitur, sed periuriū
 ꝑ euitare. Iusta autem causa, ob quam quis dicitur
 periurium euitare est, si id quod iurauit, saltem fi-
 cte adimpleuerit in persona ex causa illius, in quo
 debebat adimpleri, & ita inquit intelligendum ef-
 se text. in d. cap. ex parte. Comprobatur etiam ar-
 guendo à simili ex eo, quod dicitur de conditione,
 quod scilicet vere impleri debeat: ꝑ nam si ficte nō
 adimpleatur, adimpleri non dicitur: attamen quin
 adimpleatur, per eum stari non dicitur. l. 3. §. 1. ff. de
 statu liber. & l. Iulianus. ff. de condit. & demonstrat. Vn-
 7 de si in terminis d. cap. ad nostram, debitor ꝑ qui iu-
 rauit pecuniam soluere, compensando adimplere
 non dicitur, vt ibi late habetur, & nos supra diximus.
 ergo? Item Imola in cap. significante, num. 2. extra de
 8 pignor. pariter notat transmissionem ꝑ pecuniæ fa-
 ctam à debitore creditori per fidelem nuntium nō
 soluentem in termino à pœna periurii & ex conse-
 quenti etiam à pœna conuentionali, & nuncius mi-
 nus fideliter se gerat & non soluat excusare, & si
 à debito nō liberetur, quin perempta pecunia ite-
 rum soluere possit, & teneatur. Præterea & Felin.
 in cap. constitutus, num. 13. versic. Autoritas Papa, extra
 de rescript. inquit, Cardin. voluisse in suis causarum
 motiuis, num. 109. Quæ causa incipit, in dubiis Co-
 9 miris Alberici, ꝑ quod Comes obligatus Duci Me-
 diolanensi iuramento, si à Pontifice à quo feudum
 habet requiratur, vt Ecclesiæ auxilium & fauorem
 præstet, illi iuramento non obstante obedire tene-
 tur. Et Ægidius quoque Bellamera in Rotæ con-
 10 clusione 171. inquit, ꝑ citatum personaliter coram
 Pontifice non excusari, si dicat adstrictum esse Im-
 peratori iuramento fidelitatis: tum quia in quoli-
 bet iuramento Pontificis autoritas excepta est, vt
 supra in his terminis de autoritate superioris. Præterea
 hoc idem voluit Alber. Brunus in consil. 99. num. 10.
 11 in vol. consil. feuda. diuers. dum inquit, ꝑ à iuramento
 casum impossibilem exceptum esse, intelligi debe-
 re per ea quæ voluit gloss. in cap. quemadmodum, ex-

tra de iureiuran. & Ægidius Bellamera in d. cap. breui-
 num. 2. & 4. extra de iureiuran.

C A P. CCCLXXV.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum non supplet plures
 defectus, per casus examinatum.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum vnum plures defectus supplere non po-
 test: & infra, an verum sit.
- 2 Clausula, non obstantibus, licet remoueat defectum,
 qui obstat impetrationi: secus est, si plura obstant,
 quia tunc non supplet omnia.
- 3 Iuramentum minoris licet suppleat minorem ætatem,
 dum vendit, non tamen supplet defectum precii.
- 4 Minor sine causa diuisionem facere non potest.
- 5 Iuramentum præstitum per illa verba, omnia & sin-
 gula, quid plus efficiat.
- 6 Iurans non contravenire aliqua ratione vel causa,
 quid importet.

D Vbitare etiam consueuerunt Doct. ꝑ nostri, I
 an vnum iuramentum plures defectus sup-
 pleat? In hac conclusione nonnulli tenuerūt, quod
 vnicum iuramentum plures defectus tollere non
 possit, vt dixit Hippolyt. Riminald. iunior in Instit.
 quib. alien. licet, vel non, in principio, num. 249. vbi in-
 quit, vnicum iuramentum plures defectus supple-
 re, & tollere non posse, per ea quæ dixit Ias. in consil.
 118. col. 2. post medium, vol. 4. & Decius in consil. 239.
 col. 2. & Cassaneus in consil. 7. col. 6. num. 26. & Bellon.
 in consil. 4. col. 2. argumento l. 1. in fin. C. de dot. promissio.
 & gloss. in l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. & ideo di-
 cunt inferendo ad dotis alienationem, huiusmodi
 iuramentum dotis alienationem aduersus duplex
 impedimētum, vel delictum confirmare non pos-
 se, videlicet legis, & minoris ætatis ipsius iurantis.
 Hanc conclusionem vt iuramentū non solum plures,
 sed nec etiam duos defectus supplere & tollere
 possit, tenet Menoch. in consil. 84. nu. 48. vol. 1. vt post
 Socin. sen. in l. 1. §. si quis ita, num. 10. ff. de verb. oblig. re-
 spondit Ruin. in consil. 98. num. 7. vol. 1. & Decius in
 consil. 239. num. 5. & Cassan. in d. consil. 7. nu. 26. & Bel-
 lon. in consil. 4. num. 4. & Alciat. in cap. cum contigat,
 num. 46. extra de iureiuran. & Socin. iunior in consil. 48.
 nu. 19. vol. 1. qui loquens de donatione inquit, duos
 defectus eam tunc impedire, vt subsistere non pos-
 set. Primus quidē erat defectus insinuationis, quæ
 quidem ad eius validitatem necessaria est. l. sancimus.
 C. de donation. Secundus vero patriæ potestatis,
 & ideo inquit iuramentum vtrunq; defectum tol-
 lere ac supplere non posse. Idem quoq; vult Neui-
 zanus pariter de donatione loquens in consil. 8. num.
 22. & 26. & inquit ideo illam donationem non va-
 luisset, quia duo ei deficiebant: Primum, quia erat
 facta nepoti in potestate existenti: & secundū, quia
 excedebat quingentos aureos, & nō erat insinuata:
 & ideo licet iuramento vallata esset, alterum tantū
 ex dictis defectibus tollere poterat, nō autem am-
 bos, vt dixit etiam Florianus in l. quæ pater, col. 6. ff.
 famil. erciscun. & idem etiam voluit Montefel. in l. stipu-
 latio hoc modo concepta, num. 30. ff. de verborum obligat.
 & Cassan. in dicto consil. 7. num. 27. Confirmat Floria.
 hanc conclusionem ex eo, quia duo defectus magis im-

gis impediunt quam vnus, vt dixit Igneus in auth. ex causa, col. 16. & seq. & si mors superueniens donatione confirmet inter virum & vxorē, quæ alias nō non valet. Ratio autem est, quia mors legis prohibitionem aufert: eam tamen non confirmat si quingentos aureos excedat, si insinuata non sit, & ratio est, vt ipse inquit, quia mors duos defectus supplere non potest, prout dixerunt etiam Socin. & Sadolet. in l. si inter virum. ff. de rebus dubiis. & iterum Socinus in l. prima, colum. 17. versiculo circa primam. ff. soluto matrimonio. Præterea confirmatur ex eo, quod licet clausula, † non obstantibus, illum defectum remoueat, qui impetrationi obstat: contrarium tamen dicendum est, si plura repugnent & obstant: quandoquidem tunc dicta clausula illa plura quæ obstant, non tollit, sed vt de omnibus fiat mentio, necesse est, vt dixit Bald. in l. 1. C. de furt. & inquit dixisse in consil. duodecimo, inter consilia Bruni patris. Præterea inquit etiam ex eo comprobati, quod licet iuramentum minoris † vendentis rem suam suppleat defectum minoris ætatis: precii tamen defectum non supplet, si fortasse ille minor, qui iurauit, læsus sit vltra dimidium iusti precii, ita vt beneficio l. 2. C. de rescindend. venditio. vt non possit. l. secunda. C. de rescindend. venditio. vt late tradidit Burgos in capitulo, cum causa, colum. decima quarta. & sequen. extra de emptio. & vendit. Comprobat etiam quarto loco ex eo, quod si minor promissa obseruare iureiurando promiserit, & nō contrafacere, intelligitur ratione tantum & causa minoris ætatis, nisi duplex opponatur iusiurandum, vt inquit Aret. in l. de questione, qua est final. col. 5. versic. Quarto fallit. C. de pact. subdit tamen Neuzanus ibidem num. 25. Floriani decisionem non probare.

Contrariam autem conclusionem tenuit Decius in consil. 414. in fin. dum ibi vult, iuramentum supplere posse ac purgare plures defectus, & ideo inquit quod si donatio inter patrem & filium procedat, & vltra legitimam sine insinuatione, & sic duos patiatur defectus: attamen solo iuramento conualidatur. Mouetur autem ea generali ratione, quod iuramentum seruandum est, quando sine interitu salutis æternæ seruari potest, de qua habetur in dicto cap. cum contingat. Quæ quidem pariter locum habere videtur, etiam quod plures defectus contineat, prout in simili casu consuluit Paul. Castren. in consil. 119. in causa, qua vertitur, in antiq. impressione. & ibidem concludit, iuramentum confirmare contractum illum, qui plures defectus continebat, & idem, vt inquit Decius, voluit Abbas in consil. 8. in 2. dub. vol. 2. & Riminald. in loco supra relato addit Aret. in dicto consil. 12. in 2. dubio. qui loquitur in diuisione à minore facta contra præceptum testatoris, & sic ei duplex obstat impedimentum, alterum, scilicet legis, qua repugnante † minor sine causa talem diuisionem facere non potest. l. si pupillorum, in princip. ff. de rebus cor. & Bartol. in l. inter pupillos. ff. de author. tutor. & in dicta l. iubeamus, la secunda, & post eum ceteri. C. de sacrosanct. eccles. Alterum vero impedimentum, est præceptum testatoris ad tempus ei factum, vt scilicet intra certum tempus diuidere non posset. Quod sane in eius fauorem propter ætatis imbecillitatem factum videtur, ita vt ei renunciare non posset: Nec etiam eius tutor vel curator, vt inquit Bart. in l. filius fami-

lias. §. Diui, in 3. opposit. ff. de leg. 1. quem ibi omnes alii sequuntur. & iterum idem voluit Decius in consilio 404. in fin. & in consilio 513. numero 5. & Riminal. senior in consilio 343. numero 20. & tamen concludit Aret. diuisionem minoris iuramento confirmari, & ideo videtur iuramentum plures defectus contra prædicta supplere posse: & ideo ibidem, num. 253. quaerens, quid tandem concludendum sit, inquit tres casus distinguendos esse. Aliquando enim, inquit ipse, mulier quæ consentit alienationi suæ dotis, iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, & tunc huiusmodi iuramentum ita præstitum contractum dotis alienatæ prohibitum alia ratione quam ætatis non confirmare, vt colligitur ex notatis per Bart. in l. secunda, colum. secunda, num. 10. C. de rescind. vendit. vbi si minor iurauit non venire contra venditionem ratione minoris ætatis, beneficium dictæ l. secundæ, non amittit propterea quod illud ratione minoris ætatis non competit, sed læsionis. Qui autem remittit defectum ætatis, alios defectus remittere non videtur, vt ibidem dixit Bald. in 8. quest. Quandoquidem vbi plura obstant, si vnum tollatur, satis non est, vt inquit Bald. in l. 1. col. penult. versic. vnum scias. C. de furt. & cum prædictis concordat etiam Decius in consil. 349. col. tertia. & clarius Crauetta in consil. septimo, colum. 2. & hic casus dubitationem non habet: Nam cum iusiurandum sit limitatum ad vnum casum tantum, videlicet minoris ætatis, limitatum quoque vt effectum patiat necesse est. l. in agris. ff. de acquiren. rerum dominar. & ideo quod ad alios casus non extendatur, mirum non est. Aliquando vero & secundo mulier vel minor iurauerunt simpliciter non contrauenire vel facere: & tunc iuramentum eos maiores facit, & ideo in eo casu plus non operatur: Vnde videtur iurasse non contrauenire ratione & causa minoris ætatis, vt inquit post gloss. Bar. in l. 2. col. 3. & post eum Castren. qui refert tex. cum gl. in l. 1. C. si maior fact. rat. habuer. & de hoc est gloss. fin. in cap. penult. extra de empt. & vendit. quæ inquit, quod iuramentum à minore præstitum solum excludit beneficium ætatis, & quamplures alios refert Decius eandem conclusionem sequutus in consilio 349. colum. 3. & in consil. 403. col. penult. & Aymon Crauetta in d. consil. 7. num. 6. Hic autem secundus casus optime ex iis comprobatur, quæ post gloss. tradit Bart. in l. 1. col. penult. in princ. ff. de acquir. poss. quem alii sequuntur, vt ibidem refert Alexan. num. 36. qui dicit ideo per exitum peradi naturalē possessionem, quæ iuncta, quia animus tot possessionibus retinendis sufficere nō videtur, prout quis de vno toto, & eadem quantitate, vel summa plures compensationes opponere non potest. l. quod Labeo. ff. de compensat. quandoquidem satis videtur animus defatigari, dum ciuilem possessionem retinet: & ideo pariter dici potest in casu nostro quod simplex mulieris iuramentum in tot defectibus purgandis & auferendis operari non possit: imo satis defatigari videatur auferendo defectum minoris ætatis. Et ideo mirum non esse, si in hoc secundo casu dotis alienatio tali iuramento nō confirmatur. Aliquando vero & tertio, mulier verba testamenti amplectitur, vtputa quia promisit non contrauenire ratione & causa minoris ætatis, vel quacunque alia ratione vel causa, & in hoc casu verum esse iuramentum plures defectus supplere & purgare, & ob illa verba iuramenti prægnantia, vt

voluit

voluit Bart. in dicta l. 2. col. 3. & in dicta authent. sacramenta puerum, colum. 2. & post eum tradidit Castrens. num. 10. ac ceteri Scribentes: & ideo ita restringi debet & intelligi illud, quod tradit Decius in dicto consil. 414. in fine, cum aliis ab eo relatus, & tradidit Aret. in consil. 12. de quo supra, prout illud restringit & interpretatur idem Decius in d. consil. 349. col. 2. & idem in terminis quaestionis nostrae tradit Alciatus in d. cap. cum contingat, num. 130. vbi posita limitatione, (de qua supra,) inquit verba iuramenti ita generalia esse posse, vt aliter fortasse dicendum sit, & ex consequenti contractum confirmari tam ratione minoris ætatis, quam legalis prohibitionis: & ita tenuit Alexand. in consil. 157. col. fin. vol. 2. & in consil. 20. ponderatis his, volum. 3. Nam in illis casibus erant plures defectus vltra insinuationem: & tamen voluit ibidem Alexand. iuramentum eos omnino supplere, vt in simili argumentatur Socinus in dicto consil. 104. Quoniam presens consultatio, col. penult. versic. secundum ostenditur, volum. 3. & in his terminis inquit tenere Ias. in consil. 118. contra donationem, colum. 2. volum. 4. Subdit præterea Neuizanus hanc conclusionem ex eo confirmari, quod dicitur iuramentum efficere vt actus valeat omni meliori modo, & expressæ vim habeat & specialis dispositionis, & excludendi quodlibet remedium conuentionis, ac etiam efficere possit, vt actus si non valet vt ago, valeat saltem vt valere potest, vt inquit Iason in §. si quis postulante, Institut. de action. de quibus omnibus specialiter suis locis supra diximus. & idem tenet etiam Antonius Bauer. enumerans privilegia iuramenti, & facit illud, quod dixit Burgos in dicto cap. cum causa, colum. 14. in octaua limitatione. & ideo inquirunt inconueniens non esse, vt etiam in casu suo duos defectus, & præsertim favore animæ suppleat, cap. & si Christus, extra de iureiur. r. ¶ Et id potissimum dicendum videtur, si iusiurandum per illa verba, quæ omnia & singula, præstitum sit, & ratio est, quia in eo casu perinde est, ac si super singulis iuratum esset, cap. vt circa, de electio. lib. 6. & tradit Alexand. in consil. 17. ponderatis, colum. 1. volum. 3. & Aret. in consil. 153. in presenti, colum. fin. & dixit etiam Neuizan. vt ipse attestatur in clausulis generalibus instrumentorum, in verbo, omnia & singula. Idem quoq; inquit dicendum esse, quando quis promississet non contrafacere ¶ aliqua ratione, &c. vt inquit Neuizanus in eodem consil. 17. propterea quod tunc iuramentum ad omnia non trahitur, vt dixit Ias. in dicta authent. sacramenta puerum, col. penult. C. si aduers. vendit. vbi si minor simpliciter in contractu iurat, licet impediatur contrauenire beneficio minoris ætatis, ob id tamen beneficio l. secundæ. C. de rescind. vendit. vt non prohibetur. Ratio autem est, quia tunc iuramentum minorem, maiorem tantummodo reddit: At secus si fortasse prædicta obseruare iurauerit, quandoquidem tunc beneficio dictæ l. secundæ. C. de rescind. vendit. vt non potest, & sic in eo casu iuramentum supplet duos defectus. Et ex his inquit colligi decisionem ad omnes allegatas decisiones pro prædictorum confirmatione ab ipso Floriano deductas, & si omnes veræ non sint: Nam contra Soc. & Zabarellam in l. si inter virum, tenet Ias. in l. 1. §. sed & si mihi, colum. 3. ff. de verborum obligationib. & Monferra in l. frater à fratre, colum. 21. ff. de condit. indebit. Eam tamen decisionem Antonius de Burgos tenet Bar-

tol. Alexand. & alii in dicta l. sciendum. ff. de verborum obligat. & ibidem Ias. col. 10. versic. istam gloss. inducit Dynus. & in versic. contrariam. & in authent. sacramenta puerum, col. 13. C. si aduers. vendit. & Burgos met facti tur communem opinionem. Nam iurando super facti, excluditur ab omni iure, quod ab eo facti o procedere possit: & iurando non contrauenire cõtractui, intelligitur non contrauenire ei, quod ab ipso facti oriri potest, vt dixit Bartol. quem refert Ias. in dicto versic. contrariam. vbi inquit adferre meliorem text. quam sint. iura Bart. Item hanc conclusionem sequitur Paris. in consil. 33. num. 46. vol. 3. vbi expressè vult, iuramentum plures defectus supplere non posse, quia id admittitur in illis casibus, in quibus sine interitu salutis æternæ seruari potest, prout supra dixit, & ita inquit firmare Paul. Castrens. in consil. 219. in causa. & Abbas in dicto consil. 8. Laurentia, in secundo dubio, volum. secundo. & inquit id expressè tradere Dec. in consil. 12. nuper impresso. viso eleganti, in fin. Federic. vero de Senis in quaest. 31. num. 2. inquit solum defectum ætatis & curatoris prohibitionem non esse in causa, vt contractus iuratus non valeat, & sic contra præcedentem conclusionem tenet Federic. de Senis, & Socin. iunior in consil. 23. nu. 18. & 26. vol. 3. & Castrens. in consil. 219. in causa, quæ vertitur coram Domino. & sic volunt vt plures defectus suppleat, & est text. in cap. omne, 23. quaest. 1. dum ibi dicitur, quod solidius quid consistit, cum iuramenti appositio illud roborat. Præterea sequendo præcedentem conclusionem, quod iuramentum non suppleat duos defectus, nisi duplicetur vel triplicetur, tradit Cephal. in consil. 61. num. 7. vol. 1. contrariam autem opinionem tenuit Cephal. sibi contrarius in eodem consil. num. 18. eandem opinionem sequutus est Curt. iunior in rubr. ff. de officio eius, cui mandat. est iur. dict. num. 88. licet Decius non firmet in dicto consil. 239. num. 3. Licet autem in hoc articulo variæ sint sententiæ & opiniones, eam tamen præponderare videtur, & magis communiter receptam esse, quæ concluditur vnicum iuramentum plures defectus supplere non posse, vt ex supra deductis liquido ac manifeste apparet.

Videtur etiam prædictis satis conuenire illud, quod dixit Octauia Cachera. in decisio. Pedemont. 11. num. 2. dum vult propter timorem, ne periurium detegatur, iusiurandum recusari posse, vt videtur text. in l. alias, vbi tradit Bart. ff. de iureiuran. & licet Aymon Crauetta in consil. 207. num. 4. à casuum enumeratione arguendo, inquit timorem detectionis periurii non obstat, & ob id iuramentum recusari non posse: contrariam tamen opinionem firmat in eadem decisio. num. 3. & inquit esse iustam causam in eo casu renuendi iusiurandum ob dubium timorem, ne fortasse aliquid probatum sit, ex quo ipsum qui iurare debet, periurium commisisse videatur. Quod quidem facile accidere possit, inspectis fortasse probationibus ab eo qui iusiurandum offert factis, & ita inquit voluisse Bart. in dicta l. alias. quam Bart. legit cum §. procurator. l. iusiurandum, quod ex conuentione, num. 4. ff. de iureiurando. & in dicta l. manifesta, num. 5. quem ibi etiam sequitur Ias. num. 6. post Bald. Angel. Fulgos. & Castrens. ab eo relatos. ff. de iureiuran. & idem sentit Castrens. in dicto §. procurator, num. 10. vbi etiam Ias. num. 18. & subtiliter Purpuratus in d. l. manifesta, num. 26. & seq. in-

quiens

quiens prædictam Bar. conclusionem ita declarandam esse, ut scilicet quando ex præsentis statu timeri possit, ne periurium detegatur, ut erat in eo casu ob testes iam examinatos ex parte illius, qui iuramentum obtulit: & tunc iuramentum recusari possit. Nec obstare debere, si forte dicatur, eum cui iurandum offertur, posse iurando, iuxta ea quæ testes deponent, vel iuramentum referendo, periurium evitare: Nam ad hoc respondetur, verosimile non esse, eum qui iurare recusat, & contrarium probare illius, de quo testes deposuerint, qui iuramentum obtulit, iuxta dictum testium, cum satis esset respondere testi dictis acquiescere. Præterea ad id quod dicitur, quod potest iurandum referre, respondetur huiusmodi relationem non esse sine evidenti periculo: Nam præsumendum est, offerentem iuxta oblata & petita iuraturum esse, ne ea calumniose egisse videatur. Minus etiam obstare dicendum est illud, quod respondit Aymon Crauetta d. consil. 207. propterea quod prima eius responsio huiusmodi opinionem comprobatur, ex quo inquit Bart. dicta in §. *procurator*, tunc procedere & locum habere, quando testes sunt examinati, prout dixit etiam Purpuratus in dicta l. *manifesta*, num. 26. & sequens. concludens reculationem iuramenti ob timorem detectionis periurii, tunc admitti & locum habere, quando præsens status id ostenderet: sed sic est quod in casu nostro offerentiam testes examinavit: merito præsens status periurium ostendere potest. Secunda autem eiusdem Crauetta responsio fuit, dum arguit à casuum enumeratione. Sed animaduertendum est, quia ea dubitationem nostram soluere non videtur: quandoquidem in casu nostro non quæritur, an testes ex parte offerentis examinati probent, vel non: cum hoc non ad partem, sed ad iudicem spectet. l. *tertia*. §. *ideoque*. ff. de *testib.* fieri que potest, ut pars facile credat, testes probare: qui tamen iudici & eius inspecta intentione & voluntate non probent. Sed in casu nostro illud quæritur, an posito ut probent, vel res in ambiguum reducat: & nihilominus ipse offerat parti iuramentum: an tale iuramentum recusari possit eo scilicet timore, ne periurium detegatur: & id non solum si à parte deferatur, sed etiam à tertio & fisco in alio iudicio eisdem testibus reperitis, vel aliis examinatis detegi possit, ut voluit etiam Purpuratus in loco supra relato post alios ab eo relatos. Ex his colligitur, ea quæ in contrarium deducuntur, limitari & locum non habere, quando tempore oblationis periculum detectionis periurii immineret: Quam quidem limitationem, ut inquit Ancharan. in dicta decis. Pedemon. quamplures ex Senatoribus sequuti sunt, & si ipse dubiam existimet ob regulam dicta l. *manifesta*. quæ quidem procedit etiam si aliquid ex parte offerentis probatum sit, ut nominatim refert Crauetta in dicto consil. 207. num. 3. versic. *responderi potest*, post *Speculat. Abbat. & las. ab eo relatos*.

C A P. CCCLXXVI.

A R G V M E N T V M.

Iuramenti prælati restringitur eo ipso, quod contra Ecclesiæ emolumentum currit.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum ad Ecclesiæ gravamen non extenditur, nec ad id quod vertitur in eius detrimentum.
- 2 Alienare res Ecclesiæ episcopus, quando possit, & in quibus solemnitas non requiratur.
- 3 Prælati, qui iuravit non alienare inconsulto Pontifice, quas res alienare possit.

Conuenit prædictis, quatenus pertinet ad propositam materiam, illud quod dixit Guido Papæ in quæstione 156. num. 3. dum inquit, † iuramentum ad Ecclesiæ gravamen, vel id quod in eius detrimentum verteretur, extendendum non esse, prout voluit etiam Butrius in cap. 1. *extra de his, quæ fiunt à prælati*. Vbi inquit, Doctores nostros voluisse, † Episcopum domos Ecclesiæ alienare posse, quæ sunt maioris sumptus quam redditis sine vlla solemnitate, prout voluit etiam Hostiensis in summa, in tit. *de his, quæ fiunt à prælati. sine consensu. capit. in §. in quibus*. inquit non requirit consensum sui capituli, prout etiam idem dicitur in §. *& in quibus*. Vbi etiam dixit, quod in alienatione rerum Ecclesiæ, quæ magis onerosæ sunt quam vtilis, alienatio substatetur sine autoritate Ecclesiæ. Vnde ibidem inquit Guido Papæ in terminis nostris autoritate Federici de Senis in consilio 403. & refert Cardinal. Florent. in cap. 1. *extra de his, quæ fiunt à prælati*. Prælatum, qui iuravit † non alienare inconsulto Pontifice, in emphyteusim dare re posse exiguæ æstimationis. Et id ea ratione, quia licitum est tam iuxta text. gloss. & Doct. res Ecclesiæ minus vtilis alienare licere, vel eas quæ plus incommoditatis, quam commoditatis afferunt absque vlla solemnitate, & id iuxta dispositionem vniuersitatis concilii Agatenfis, de quo meminit text in cap. *terrulas*, & in cap. *ita docemus*. 12. quæstione 2. & in cap. *fugitiui*, & in cap. *cum liceat*, in eadem causa & quæst. & tradit gloss. 1. in summa, eadem causa & quæst. & idem voluerunt Vgo. & Archid. & idem tenent Innoc. Hostien. Henric. Boich. Zabara. Cardin. Florent. & alii in cap. *nulli*, *extra de rebus eccles. non alien.* & idem Hostiens. in summa, in eodem tit. §. *ex quibus*, versic. 5. *causa incommoditatis*. & gloss. in cap. 1. *extra de his, quæ fiunt à prælati*. & iterum voluit gloss. quam sequitur idem Hostiens. & Cardin. Florent. dicentes, Episcopos domos etiam in urbibus existentes alienare posse, si maioris sint oneris quam vtilitatis, maiorisve incommodi, quam commodi.

C A P. CCCLXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum & dispositio iurata in generali dispositione non comprehenditur.

Mittendum non arbitror illud, quod dixit Anton. Gabriel. in tract. *commun. opinio. libro 2. de iure iuran. conclus. 1. num. 1. cum sequens*. dum inquit communem esse & satis vulgatam regulam, † quod iuramentum, seu iurata dispositio in generali dispositione non comprehendatur, nisi de ipso iuramento seu dispositione expressa mentio seu specifica fiat, cap. *constitutus*, *extra de rescript.* & tradit Ioannes Andr. in cap. *quod semel*, in vltimis verbis, *de regul. iur. in mercuria*. & Innoc. in cap. *cum inter*, in fine, *extra de renunciatio*. & gloss. in cap. *cum deceat*, de *elect.* lib.

6. & ibi Ioan. And. & Dominicus à sancto Geminiano. & Philip. Franch. & Fulgos in consil. 156. col. 1. in fin. & seq. & Alexand. in consil. 110. colum. 1. vol. 4. & iterum Alexand. in consil. 38. col. 2. vbi multa cumulat, vol. 3. & in consil. 27. colum. fin. volum. 1. & in consil. 125. colum. penult. in fine. volum. 1. & Roman. in consil. 7. & in consil. 405. in fin. & in consil. 436. colum. 3. versic. sexta ratio. & in consil. 379. col. 3. & Decius in l. pacta nouissima, col. 2. C. de pact. & in l. de alimentis, col. fin. C. de transaction. & Alexand. in consil. 37. colum. 7. vol. 2. & in consil. 205. colum. fin. volum. 2. & Ias. in l. si quoties, colum. 1. C. de precibus Imperat. offeren. & in l. causas. in versic. secundo per illum textum, colum. 1. C. de transaction. & Hippol. Marsil. in singul. 515. & in consil. 107. col. 2. & Corne. in consil. 36. colum. 2. in fin. volum. 1. & Alexand. in consil. 137. colum. penult. volum. 6. & in consil. 62. in fin. volum. 7. & Socin. in consil. 139. col. 4. & Afflic. in decis. Neapolit. 5. in antiquis. & Ias. in consil. 216. colum. 3. volum. 2. & in consil. 173. colum. penult. volum. 4. & Gozad. in consil. 16. col. 1. & Cassan. in consil. 7. col. penult. & in consuetud. Burgund. fol. 135. colum. 4. & Bertran. in consil. 41. col. penult. vol. 1. & Afflic. super constit. fol. 120. colum. 3. & Mantua in consil. 154. & Ruin. in consil. 161. col. fin. vol. 5. Contrarium tamen inquit Anton. Gabriel. sententia Cardin. in d. cap. nonnulli, extra de rescript. dum inquit per illam generalem clausulam, non obstantibus, transactioni iurata derogari, quem reprobatur Felin. in cap. nonnulli, col. 30. extra de rescript. At opinionem Cardin. sequitur Gomes in cap. 1. cart. 58. de constitut. in 6.

Limitatur prædicta conclusio, vt inquit Aymon Crauetta in tract. de antiquit. temporum, in prima parte, num. 87 per tex. in l. si duo patroni. §. Marcellus. de iureiuran. vbi si quis iurauerit habuisse fundum in dote à Titia, videtur etiam iurare eum restituere, ita vt ex tali iuramento ad dictæ dotis restitutionem magi possit, & si restituere expresse & specificè non iurauerit, & quamuis etiam iuramentum sit stricti iuris, cap. penult. extra de iureiuran. ratio autem illius textus est, quia satis dicitur expressa dotis promissio de dote restituenda, ex quo maritus confessus est eam recepisse. Addendum prædictis est illud, quod habetur per Cassan. in consilio 69. numero vigesimo.

C A P. CCCLXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- I Verba licet sint sufficientia ad principalem dispositionem tollendam, eam tamen non tollunt, quando ei accedit iuramentum.

Amplicatur prædicta conclusio etiam quod iuramentum sit accessorium principalis dispositionis, propterea quod licet verba sufficiant ad tollendam dispositionem principalem, eam tamen non tollunt, quando ei iuramentum accedit, vt dicit gloss. in cap. cum non deceat, de electio. lib. 6. vbi tradit etiam Ioan. Andr. Dominicus à sancto Geminiano, & Philip. Franch. & Petr. de Anchar. & Alexand. in consil. 137. col. 3. vol. 6. & in consil. 38. col. 3. vol. 1. & idem voluit Hostiens. in cap. debitores, in primis verbis, extra de iureiuran. Contrarium tamen voluit Bald. in l. 1. colum. 3. versic. quero, vtrum iuramentum donantis. C. de inoffic. donatio, & idem Paulus in dicto cap. cum

non deceat, dum dicit, quod si iuramentum simpliciter dispositioni accedat, & iuretur seruari dispositionem, intelligitur iurata dispositio: secus vero si iuramentum præstetur post factam expressio-nem eorum, quæ in dispositione continentur, vt ibidem ipse latius prosequitur, & alii qui eius opinionioni adhærent. Tenendo tamen primam opinionem, quæ videtur magis communis, vt inquit Gabriel. ad eam reprobendam illud adduci potest, quod notat Imola in cap. cum contingat, col. 73. versic. nunc restat, extra de iureiuran. dum vult, quod si statutum prohibeat contractum sine quadam solemnitate probari: posse tamen probari iusiurandū, quod ipsi contractui accessit, vt refert & sequitur Felin. in cap. sicut consuetudo, col. antepenult. versic. sexto intellige, extra de probatio. & idem voluit Hippol. Marsil. in sing. 126.

Secundo ampliat, etiam si essent verba geminata, propterea quod ob id non conciperent dispositionem iurata, vbi de iuramento mentionem non faciunt, vt dixit Alexand. in d. consil. 137. col. 1. vol. 6. & in consil. 38. col. 2. vol. 3. & tradit gloss. in d. cap. cum non deceat, iuncto text. & faciunt ea, quæ notat ibidem Ioan. And. de electio. lib. 6. & Ias. in consil. 133. col. penult. vol. 4. & Cassan. in comment. ipsarum consuetud. Burgund. fol. 399. col. 4.

C A P. CCCLXXIX.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- I Iuramentum non potest opponere Notarius in instrumento, etiam quod partes ei dederint facultatem extendendi instrumentum.

Tertio ampliat prædictam conclusionem idem Anton. Gabriel. ibidem, num. 8. quia in dispositionibus priuatorum illud militare dicitur, vt partium conuentio ad iurata dispositionem non referatur, vt notat Decius in d. l. pacta nouissima, col. 2. C. de pact. & Ias. in d. consil. 173. col. penult. vol. 4. & ideo inferunt, vt partes dederint facultatem Notario extendendi instrumentum, quod non possit Notarius iuramentum apponere, vt notauit Anton. de Butt. in cap. penult. in fin. vbi etiam Abbas, extra de iureiuran. & refert & sequitur Decius in d. cap. constitutus, colum. 2. extra de rescript. & Socin. in l. Gallus. §. idem credendum, colum. 2. & sequen. ff. de liber. & posthum. & Hippolyt. Marsil. in singul. 123. & Paris. in consil. 45. colum. 3. volum. 1. & Cagnol. in l. si librarius, num. 50. ff. de reg. iur.

Quarto ampliat ibidem, num. 10. vt præcedens conclusio etiam in statuto locum habeat, propterea quod statutum simpliciter loquens debitum iuratum non comprehendit: & ideo si statutum præcipiat inter coniunctos compromissum fieri in debito iurato, vt inquit Paul. Castren. in consil. 13. vol. 2. & Decius in d. cap. constitutus, col. 3. extra de rescript. & Ias. in consil. 173. col. penult. vol. 4. & Alexand. in consil. 37. col. 8. vol. 2. qui inquit, ita fuisse iudicatum in ciuitate Parmæ, & Fetrat. caut. 55. & Felin. in cap. inter monasterium, col. 13. extra de iudic. & Gozad. in consil. 32. col. 1. & Bertran. in consil. 35. col. 1. vol. 1. & in consil. 155. col. 1. & in consil. 157. col. fin. vol. 1. & in consil. 66. col. 1. in fin. & in consil. 179. col. fin. volum. 2. & in consil. 14. colum. 2. volum. 3. & in consil. 30. col. 3. & in consil. 117. & in

& in consil. 132. col. 2. & in consil. 204. col. 2. & in consil. 291. col. penult. & in consil. 308. col. 1. & in consil. 316. in fin. volum. 3. & Felin. in cap. 2. colum. 7. extra de sponsalib. & Paris. in consil. 16. colum. 17. volum. 2. & Brunus in tract. de form. fol. 94. colum. 4. qui satis late declarat. Et hac ratione concluditur, statutum disponens ut si quis non petierit debitum per decem annos, excludatur, ita ut amplius creditum suum consequi non possit, in debito seu credito iurato locum non habere, ex quo de iuramento in statuto mentio non fit, ita hac eadem ratione concludit Corne. in consil. 328. colum. 3. volum. 1. & in consil. 180. colum. 1. in fin. volum. 3. & Balb. in tract. prescript. in 3. part. colum. 13. volum. 6. & colum. 52. quæ est colum. penult. totius tractatus. & Marcus Antonius Bauer. in tract. de iureiuran. colum. 8.

CAP. CCCLXXX.

ARGUMENTVM.

Iuramentum an inualidetur, vbi statutum annullat præterita.

SUMMARI A.

- 1 Statutum disponens, quod ad præterita trahatur, non extenditur ad præterita, in quibus interuenit iuramentum.
- 2 Statutum exigens certam solemnitatem in contractu, non habet locum in eo contractu, in quo interuenit iuramentum.
- 3 Contractus, quod valet non obstante statuto inualidante eum.
- 4 Statuta, an recipiant differentiam ex eo quod loquatur in rem, vel in personam.

PROsequendo proposita, pariter etiam idem dicendum est, si statutum ad præterita non extendi, vbiunque de actibus præteritis loquitur, si in dictis actibus præteritis interuenit iuramentum, ut est text. in l. causas, versic. secundo, & c. per hunc text. in col. 1. c. de de transact. & Cassaneus in consil. 7. col. penult.

2 Unde etiam est, ut statutum si quod requirit quandam certam solemnitatem in contractu, locum non habeat in contractu in quo interuenit iuramentum, ut dixit Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de sentent. §. ut autem, in versic. procedendum, post Nicol. de Neapoli. & Iacob. de Bellui. in disputatione incipiente, lex Perusina. & tradit Fulgos. in consil. 160. col. 1. & sequen. & Alexand. in consil. 37. colum. 7. volum. 2. & in consil. 125. colum. penult. volum. 1. & in consil. 100. volum. 4. & in consil. 38. colum. 3. & sequen. volum. 3. & in consil. 137. col. penult. vol. 6. & in consil. 62. col. fin. vol. 7. & Corn. in consil. 36. colum. 2. in fin. volum. 1. & Socin. in consil. 517. colum. fin. & Ias. in consil. 173. colum. penult. volum. 4. & Hippol. Marfil. in singul. 129. & in consil. 107. colum. 2. & Ferrat. caut. 16. & Ruin. in tract. de form. fol. 62. colum. 2. & Felin. in consil. 96. colum. 12. & in consil. 97. col. 1. vol. 1. & Thom. Grammat. in consil. 100. num. 7. & seq. in ciuilib. Et licet Bart. in l. si quis pro eo, col. 3. in 3. memb. ff. de fideiussor. dicat ita demum valere contractum si iuratum, non obstante statuto inualidum contractum reddente, si dictum statutum res respiciat non personas, ut dixit iterum Bar. in auth. sacramenta puerum, col. 2. c. si aduers. vend. & in l. 1. in fi. c. ne fideiuss. dos. dent. & in authent. decernimus. C. de arbitr. & voluit Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 186. colum. 2. & Ripa

in respons. 10. lib. 3. & Nicell. in concordant. Bart. 86. & Angel. in l. si quis pro eo, in principio, & in consilio 160. Domina Catharina, columna prima, in fine, & sequen. & iterum Angel. in dicta authent. sacramenta puerum, colum. fin. in fine, & Antonius de Alexand. qui dicit hanc esse communem conclusionem Legistarum & Canonistarum, & Pet. de Anchar. in dicto cap. licet mulieres, colum. 5. de iureiuran. lib. 6. & Alexand. in consil. 59. colum. 2. volum. 1. & Calcan. in consil. 79. colum. 2. volum. 3. & in consil. 226. circa medium, in versic. intelligam ergo. & Alexan. in consil. 38. colum. 2. volum. 4. & in consil. 18. colum. 2. vol. 6. & Bald. in l. iurisgentium. §. generaliter. in 2. lectura, colum. 1. ff. de pact. & Thomas Gram. in decis. 12. Similem præterea distinctionem, si an statutum, vel lex loquatur in rem, vel in personam, ponit Brunus referens plures casus in tract. de statut. excluden. fœmin. fol. 11. colum. 4. & sequen. Verum prædictis non obstantibus contrariam opinionem, quod non fit differentia, an statutum dirigat verba in rem, vel in personam, ut supra late diximus, sed in utroque casu contractus iuratus à statuto non inualidetur, tenuit Castren. in dict. l. si quis pro eo, col. penult. & seq. & inquit pluries consulendo hanc sententiam confirmasse, & rursus idem Castren. in dicta authent. sacramenta puerum, colum. fin. vbi etiam tradit Salycet. colum. fin. & Fulgos. ibidem, qui idem tenet, & Anton. à Butrio in d. cap. cum contingat, colum. 4. & ibi Ioan. de Lignano, & Imola, colum. 42. versic. & nota secundum eum, cum pluribus sequentibus. & Abbas ibidem colum. 4. & Petr. de Ancharan. in cap. canonum statuta, col. 41. & sequen. versic. Qui dies, de virtute iuramenti, extra de constitutio. idem tenet Raphael in dicta l. si quis pro eo, & Alexand. in l. 3. cui bonis, colum. fin. ff. de verborum obligation. & ibidem tradit Ias. in colum. fin. & rursus idem Bald. in l. iurisgentium. §. & generaliter, in prima lectura. ff. de pact. & Abbas in cap. ad Apostolicam, in primo notabili, extra de regula. & in quest. 2. incipiente, stante statuto, col. 3. & seq. & Paul. Castren. in dicta l. si constante. §. quoties, col. 1. in fine, & sequen. ff. soluto matrimonio. & idem tenet Ias. in d. authent. sacramenta puerum, col. 15. & sequen. & Paul. Castren. in l. legis virtus. ff. de legibus. & Cassan. in consuetud. fol. 135. col. 4. & id sentit etiam Federic. de Sen. in consil. 272. dum vult, petendam esse relaxationem ab ipso iuramento. & dixit Petrus de Anchar. qui eam sequitur, in dicto cap. cum contingat, colum. 2. extra de iureiuran. & Felinus in cap. secundo, colum. 2. & sequen. extra de maior. & obediens. & Gozad. in consil. 18. colum. 2. & idem rursus voluit idem Federic. in consil. 281. & Abbas in consil. 8. in secundo dubio, volum. 2. & Alexand. in l. si constante. §. quoties, colum. 2. in fine, & sequen. ff. soluto matrimo. & Alexand. 27. col. penult. & seq. vol. 1. & in consil. 53. col. penult. vol. 3. & in consil. 110. col. 1. & seq. vol. 1. & in consil. 62. in fin. vol. 7. & in consil. 29. col. 4. vol. 1. & in consil. 54. col. 3. vol. 7. & in consil. 137. col. pen. vol. 6. & Aret. in cons. 54. col. 1. & Corn. in cons. 35. col. 2. in fin. & seq. vsq. in fin. vol. 3. & in cons. 36. col. pen. & sequen. vol. 1. & Brun. qui dicit hanc esse communem, in d. tract. de form. fol. 62. colum. 2. & hoc idem voluit Bald. Angel. & Castren. in dicta authent. decernimus. C. de arbitr. Nam Bart. ibidem vult iuramentum nihil operari, quia prohibitio dirigitur contra personam, & si illi contrarium teneat, & sic volunt quod dato ut prohibitio ad personam se referat, iuramentum tamen operetur, prout voluit etiam Roman. in d. l. si, cui bonis, colum. 2. ff. de verborum obligationib.

cum pluribus sequentibus. & Aret. in 4. colum. & sequen. in dicta l. is. cui bonis. & Guido Pape in quest. 190. in pag. 2. & Imola in consil. 167. & Hippol. in sing. 107. colum. 2. & Ruin. in consil. 103. col. 2. volum. 4. & in simili hanc differentiam, an verba dirigantur in rem, vel in personam, reprobatur Brunus in dicto tract. statut. extanti. mascul. fol. 24. colum. 1. Hanc conclusionem limitat duobus modis Ferrat. in caut. 16. & ad eum se refert Gabriel. & tertio modo, vt infra in 9. limitat. principali. Huic autem ampliacioni repugnare videtur illud, quod dicitur quod si quis à statuto acquirere prohibeatur, prohibitus etiam censetur, si iuramentum in contractu interueniat, vt dixit Paul. Castren. in consilio 107. circa bona. & Brunus in tertio tractatu de constitution. folio quarto, colum. secunda, in versic. acquirere.

C A P. CCCLXXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Dispositio Pontificis, vel Imperatoris, non se refert ad iuratum dispositionem.

Quinto ampliatur, vt prædicta conclusio procedat in Pontificis, vel Imperatoris dispositione, vt loquitur text. in dicto cap. constitutus, extra de rescript. † Vbi habetur Pontificis dispositionem ad iuratum dispositionem non se referre, prout procedit etiam & loquitur gloss. in dicto cap. cum non deceat, de elect. lib. 6. & ibidem Ioan. And. & Geminian. & Philip. Franc. & Innocent. in cap. cum inter, in fin. de filiis presbyter. lib. 6. & Imola in cap. dilecto, colum. 8. in fin. extra de preben. & in clement. dudum. §. huiusmodi, col. 16. extra de sepultu. & tradit Butri. in cap. 1. in fin. col. extra de his, quæ sunt à maiori parte capit. & ibidem Abbas, col. 1. in fin. & ibidem Imola, col. 12. & sequen. & Angel. in l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rer. actio. non dat. & Roman. in singul. 7. & in consil. 404. in fin. & in consil. 436. col. 3. versic. sextaratio. & in consil. 393. colum. fin. & Alexand. in consil. 38. colum. 2. vol. 3. & in consil. 37. colum. 3. vol. 2. & in consil. 27. col. fin. vol. 1. & in consil. 207. col. fin. vol. 2. & in consil. 137. col. 2. vol. 6. & Bertran. in consil. 14. col. 2. vol. 3. & in consil. 267. col. fin. vol. 1. & Felin. in c. constitutus, col. 2. extra de rescript. & Ias. in l. quoties, col. 1. C. de precib. Imper. offer. & Afflict. in decis. 111. & in decis. 5. in antiquis, & Ias. in consil. 173. col. pen. vol. 4. & Rebuff. in suis concordant. fol. 202. & iterum Bertran. in consil. 41. col. pen. vol. 1. & in consil. 66. col. 1. in fin. vol. 2. & in consil. 179. col. fin. vol. 2. & Ioann. de Silua in tract. benefic. fol. 174. col. 4. in fin. & seq. & Bertran. in consil. 132. col. 2. volum. 3. & in consil. 204. colum. 2. vol. 3. & in consil. 291. col. pen. vol. 3. & in consil. 308. col. 1. eod. vol. 3. & in consil. 316. col. fin. eod. vol. 3. & Ruin. in consil. 100. col. fin. vol. 3.

C A P. CCCLXXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Clausula, non obstante, non efficit vt dispositio ad contractum iuratum extendatur.

Sexto ampliatur hanc ampliacionem, etiam quod ad hanc clausula, non obstante, † in dispositione Principis vt dixit Gomes in cap. primo, cart. 58. de constitut. lib. 6. & Ferrat. caut. 20. & caut. 54. & Staphil. De liter.

gratio. & iust. cart. 99. & Bertran. in consil. 41. colum. penult. volum. 1. Contrarium vero voluit Cardinal. in consil. 25. in fin. & Thom. Grammat. in decis. 66. num. 37. & in consil. ciuili 16. Id autem procedit & locum habet, siue sit iuramentum tertii, vt in d. cap. constitutus, extra de rescript. siue ipsius, vt inquit Roman. in consil. 379. col. penult.

C A P. CCCLXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Salua conductus impetratus à Principe contra suos creditores, non operatur quo ad creditores, qui habent sua credita iureiurando confirmata.

Infertur autem ex prædictis, † illum quem dicunt salua conductum seu securitatem à Principe contra suos debitores impetratum, quo ad eos creditores nihil operari, qui sua credita iureiurando confirmata & conualidata habent, vt inquit Alexand. in consil. 205. col. fin. vol. 2. & in consil. 137. col. 2. volum. 6. & in consil. 38. colum. 2. volum. 3. & Ias. in l. quoties, colum. 1. C. de precibus Imperat. offeren. & Baucarius in tract. de iureiuran. in privileg. 21. incipiente, nam licet. & Hippol. Marsil. in singul. 515. & Afflict. in decis. 5. & 3. colum. penult. in antiquis, & Ferrat. in caut. 55. & Ioan. de Silua in tract. de benefic. fol. 175. colum. 1. & Boerius in decis. 296. num. 5. Contrarium vero tenet Cardinal. in consil. 24. colum. fin. vbi vult, vt per clausulam, non obstantibus, tollatur transactio iurata, prout voluit etiam Felin. in cap. constitutus, extra de rescript.

Id autem de consuetudine in saluo conductu non seruari dixit Boerius in decis. 296. dum inquit non seruari hodie hoc de iuramento, ex quo saluus conductus redditur inutilis, cum hodie omnes creditores soleant sua credita iureiurando confirmare, ac conualidare. Declaratur autem, vt per Magalot. in tract. de saluo conduct. pag. 16. cum ait saluum conductum etiam iuratum absque legis auctoritate concessum, seruandum non esse.

C A P. CCCLXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Impetratio obtenta à Principe, non intelligitur derogare statutis iureiurando confirmatis.

Præterea ex prædictis etiam infertur, † impetrationem à Principe obtentam statutis iureiurando confirmatis non derogare, vt dixit Felin. in dicto cap. constitutus, colum. 2. extra de rescript. & habetur in cap. nonnulli, colum. 12. in eodem tit. & in cap. cum accessissent, col. 6. extra de constitut. & tradit etiam Philip. Franc. in cap. cum aliquibus, col. 1. de rescript. lib. 6. & Thomas Ferrat. caut. 54. Ampliat autem hoc dictum Anton. Gabriel. eodem in loco, numero 25. etiam quod statuta iurata sint solummodo ab ipso impetrante, non autem à collegio, vt voluit Rota in decis. 294. & Felin. in dicto cap. constitutus, col. 3. extra de rescript. & Philip. Franc. in cap. 1. colum. fin. de iureiuran. libro 6.

Limitatur deinde hoc dictum, secundum dominos de Rota in d. decis. 394. in gratia facta motu proprio,